

si tuo favore Siculos, qui volentes Aragonia domui se subjece-  
runt, indignos esse iudicis, & Sicilia regnum, quod plurimi  
maximi principes concupiscunt, aspernari: nobis saltem consilium  
non deneges, sed quem debemus optare regem, nobis con-  
sulas. Rex obortis lacrimis: Itē, inquit, boni viri ad domos  
vestras, ubi Federicus frater meus vobis, & Siculis omnibus li-  
beris, quam ego confutere poterit. Hoc responso accepto pur-  
puras, & caricas vestes, quibus exultati erant, scindentes, à Re-  
ge discesserunt, & in signum magni doloris, malique futuri ni-  
gras vestes, & perlongas induerunt, arque tristemium malos, an-  
tennas, & vela, que candida erant, in atrum colorem veterant  
omnia. Federicus autem legatis auditis; magna vero, inquit, li-  
beralitate frater meus usus. At certe qui rem promittit alienam,  
aut delirat, aut jocularis, & dandi voluntatem non habet. Is ve-  
ro, qui huiusmodi promissa munera se sperat habiturum, stultus  
& fatuus haberi debet. Sicilia regnum nobis ab Alphonso pa-  
tre testamento fuit relictum, sic ut illud Aragonum fratri meo  
Jacobo. Non dedit ergo rex Aragonum Carolo Sicilia regnum,  
quod dare non poterat. Si munificus esse velit, Aragonum re-  
gnum suum cui velit renunciet, nos nostrum tutabimur. Hac  
cum dixisset, Siculos cohortatus ad regni defensionem, ab Epi-  
scopo Cephalensis statim coronatus fuit. Jacobus interea, cum  
uxore, & oculo Romam veniens, & à Pp. ad promissa præstan-  
da sollicitus, prælio navali cum Siculis in toto pede graviter  
fugatus vulneratus fuit. Federicus invidis Gallis regnum re-  
tenuit. Mar. 1. 11. Rerum Hisp.

*Dignitate eropita.*  
*Vide Locum Ambitionis.*  
**JUCUNDIS, GRATIS. EX**  
*Aspectu.*

Logatos Persarum à Dario missos Amyntas rex Macedonum  
magnifico convivio exceperat, & illis etiam Grecas mulieres op-  
pulerat. Quas cum aspiceret tantum, non autem attrahere le-  
gati audent, & plus sese ex ipso aspectu doloris, quam ex præ-  
sentia honoris accipere dicent: rex metu coactus, quas eisdem  
affidere iussit. Herod. 1. 1.

ALEXANDER Magnus semel visas Darii regis uxorem, atque  
filias in conspectum suum admittere amplius recusavit: Ma-  
gnos oculorum dolores Perdidas esse inquit, magnasque vo-  
luntas videri. Plut.

TIBERIUS Caesar, cum repudiata Agrippina dilectissima, Ju-  
liam Augusti filiam coactus esse ducere, cum post divortium  
semel omnino ex occurru visam ad contentis, & tumentibus  
oculis profectus est, ut custoditum sit deinceps, ne unquam in  
conspectum ejus veniret. Suet.

**ΦΤΑΑΚΗ. DOLORIS.**  
*Mirigatio.*

D. AUGUSTINUS, ut dolorem, quem ex Matris Monica morte  
conceperat, abstergeret, ipso funeris die in balneum ivit: sed  
parum profuit. Dormire se confertens, postquam evigilavit,  
magna ex parte mitigatum dolorem deprehendit, & recordatus  
est verbum D. Ambrosii.

<i>Deus creator omnium,</i>	<i>Artus solutos ut quies</i>
<i>Polique vestror, vestiens</i>	<i>Reddat laboris usui,</i>
<i>Diem decora lumine,</i>	<i>Mentesque sensus allevet,</i>
<i>Noctem soperis gratia,</i>	<i>Luctusquo solvat anxias.</i>

Tertius ipsemet l. 9. Confess. c. 12.  
*Deposito.*

D. ULADISLAUS Hungaria, & Boemia rex, cum Anna uxoris  
doctiss. ex puerperio defunctæ mortem diutius lugeret, mor-  
ronique insignia vestes pollas deponere, aut barbam incanam  
abraderi non sustineret: Hungari, Boemi, Moravi principes,  
Budam congregati, consolationum variis usi formulis, Nihil  
eum amiffisse dicebant, salvo Ludovico filio: in illo omnia ines-  
se, illum regi pro omnibus esse, ut non solum lugere dedecere,  
sed etiam gaudere oporteat. At rex, solita sibi in rebus ad sto-  
machum non facientibus tacuitate omnes dimisit. Rediunt  
postmodum Hungari, quorum nomine Archiepiscopus Strigoni-  
ensis, ad latum, inquit, exoptabile nuncium lætus decet  
Regem habitus, quem si induis, exoptata feret, ut Ludovicum  
regem Hungaria, quique consortem, vel in hac puerili ætate  
consensum videas. Tum Rex. Tam grato nuncio libenter in ha-  
bitu quoque mutando subscribitur: proditque mox purpuratus,  
lautique, & attonus ad prandium. At subito Hungari mutant  
voluntatem de Ludovico coronando, patre adhuc superflente,  
quod huius rei exemplum non extaret. Ceterum Boemis, &  
Moravis facturos se, que Hungari negarant, pollicentibus, ut  
Ludovicus antea Hungaria rex, quam Boemia haberetur, co-

ronandum eum in Alba regali suscepit. Biennio dehinc post,  
in Boemia Praga coronatus est. *Dubravus 132.*

**ΑΡΟΡΗΘΕΓΜΑΤΑ.**

CHRYSIPPUS dicebat, quidem sapientem dolere, sed non tor-  
queri, seu cruciari, aut demisso reddi animo. *Stob. ser. de ser.*

ARCHYTAS Pythagoreus insipientium dolores dicebat carere  
ratione: sapientium vero non ultra progredi, & quam ratio de re-  
bus componendis sollicita permittit. *Lib. de doctrina morali*  
*apud Stobæum.*

THEMISTIUS dolorem proprium esse homini assererat, quod  
narratione lepida confirmavit. Lutum enim (ajebat) Promete-  
us, ex quo hominem effinxit, non maceravit aqua, sed lacry-  
mis. *Lib. de eff. moderatone, apud Stob.*

EUPHRANTES Syrus, is amiffa uxore dicebat: O philosophia  
tyrannica sunt præcepta tua! amare jubes, & si quis amiserit,  
quod amabat, dolere prohibes. *Stob. ser. 97. de tristitia.*

CLEANTHES percontatus, quid esset dolor? Animæ, inquit,  
resolutio. *Stob. ser. 16.*

DEMOCRITUS dolorem immortigerum animæ torpentis ratio-  
nem expellendum esse dicebat. *Ibid.*

CHILON cuidam propter sua mala dolenti dixit, si aliorum  
omnia mala perpendis, minus ægere feret tua. *Stob. ibid.*  
*Solon lib. de ira, dicit suo tempore celebratum fuisse dictum*  
*mulieris cuiusdam, dolorem apud illos libenter manere, à qui-*  
*bus alitur, & augetur. Stob. eod. serm.*

EPICETUS interrogatus, quomodo quis hosti dolorem exci-  
tare posset? dixit, si quis ita comparat seipsum, ut quam optime  
vivat. *Anton. l. 9. Max. ser. de dolore.*

Idem, quomodo expellendus dolor esset rogatus, respondit,  
que futura sunt sic æstima, ac si iam accidissent. Deinde adde-  
bat: Fac dolore vaces, non ut omnino affectibus carcas, bruto-  
rum more, nec ut rationis expertus vel ut insipientes, sed tanquam  
virtutis cultor rationem habe pro doloris remedio.

Beatos eos qui hic lugent, quoniam postmodum consolaban-  
tur, inquit Salvator, cuique dicti memor Pastor Anchore-  
ta, cum Arsenium lacrymis madentem esset conspicatus, dice-  
bat: Beatus verè es, Arseni, quod cum teipsum in hac vita luxu-  
ris, non erit opus lacrymis in futura. *Su. 3. om. 4. ex Pallad.*

Quantum autem utilitatis successit doloris homini Chri-  
stiano adferat, tacitus secum considerabat Francis. Borgia,  
cujus assidue illa ad Deum preces, ut delicias in cruciatum ver-  
terentur, ac dolores voluptati essent. Itaque Lerma Comitissam,  
cum mortem videret, hoc dicto solabatur: Nolenti dolo-  
res Deus immittit, postulant negat. *Ribad. l. 4. c. 15. vita ejus.*

**\* HIEROGLYPHICA.**

Ecce. c. 31. 16. item c. 31. 13. corum, qui vehementer solliciti  
sunt ob patrum aliquid magnum scelus, aut ad tristicum nuncium  
graviter dolent, gestum exprimit hieroglyphico hominis fem-  
mure percutiens. Profani scriptores eisdem hieroglyphico mem-  
minerunt. Plaut. in *Milit. gal. act. 2. scen. 2. Ovid. Metam. 11. circa*  
*111. Homerus item Odys. 11. v. 198. hieroglyphicon.*

Inter alias hæc crocodillo proprietates esse ferunt, ut quamdiu  
vivit, crescat. Doloris hieroglyphicon, quod doctus poeta  
disticho illustravit.

*Noster sæpe dolor pariter cum tempore crescit,*  
*Non secus ac Nilus bellua vincta solet.*

**\* Dolus.**

*Vide Astutia.*

**DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.**

DOLUS Græca dictio est, nam δόλος, & δόλιος dicitur.  
Est autem dolus omnis calliditas, fallacia, machinatio ad  
circumveniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhi-  
bita, ut habetur l. 1. ff. *Adoleo.*  
Derivari volunt δόλιος, sive δόλιος, dorico, quod est ludo,  
decipio. *Donatus*, ad dolando, id est, inveniundo.  
Dolus est executio astutia, qua excogitata fuerunt via non  
bonæ ad exequendum aliquem finem, bonum vel malum. *B. Thom. 2. 2. q. 55. art. 4.*

Dolus propriè tantum accipitur in malo, sed abusive etiam in  
bono. *Ex B. Thom. 2. 2. ubi supra.*

Dolus principaliter fit in verbis, secundum B. Thom. *ibid.*  
Fraus vero proprie fit in factis. Quare Ovid. *lib. 1. Metamorphos.*  
utrumque unico versu comprehendit: dicens, *In quorum subie-*  
*te locum fraudesque, dolique.*

Dolus, quod nunc in malam tantum partem accipitur, hoc est,  
pro fraude, sive machinatione ad fallendum aliquem: veteres  
etiam

etiam in bonam partem accipiebant pro solertia, ac calliditate,  
A que præsertim adversus hostes, sive latrones adhibetur. Quare  
nunc dolum malum dicimus, quoniam bonus etiam dolus à  
veteribus dicebatur, Laqueo: Dolum malum dicimus esse  
omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circum-  
veniendum, fallendum, decipiendum alterum, adhibiturum.  
Ulpianus: Non sicut autem contentus prator dolum dicere,  
sed adiecit malum: quoniam veteres etiam dolum bonum dice-  
bant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si ad-  
versus hostem, latronemve machinaretur. Hinc dolores virgæ,  
seu conti, in quibus tanquam in vaginis latent pugiones, dicti  
à fallendo, quod decipiant ferro, cum ligni speciem præ se fe-  
rant. *Virgilius.*

*...ærofque ferunt in bella dolores.*

Dolus Hebraicè fraus, impostura, *Mirrach*, à verbo Ra-  
mah, præcipitavit, levando projectum cum impetu: dolis aliquem  
petit. Dolosi homines quos proferunt, blandis verbis tol-  
lunt in altum, ut fortius decipiant.

*Hæc transferri potest Tit. de Astutia, ubi ego de dolo bono*  
*nonnulla. De quo Ulpian. in lib. 3. §. non*  
*fuit, ff. de dolo.*

**B EXEMPLA, ET ΑΡΟΡΗΘΕΓΜΑΤΑ.**

LYSANDER, cum quidam ei probro daret, quod pletraque  
dolo, & fraude gereret, ridens dixit ferret: Ubi quis quod  
vellet non assequeretur leonis exuvio, vulpinum applicandum  
esse. Sentiens quod honestis rationibus non possit effici, id  
fraude efficiendum esse. *Plur. in Lacon.*

ANNIBAL, cum Fabius simili arte recepisset Tarentum,  
quali Annibal acceperat, & Roma (inquit Annibal) suum habet  
Annibalem. *Plur. in Annibale.*

Sinceritatem contrarium dolum, fraudemque miro ingenii acume  
in Antonio Vivonio equite detexit, carpitque Ludovicus  
XII. Rex Franc. Cum enim apud eum referret Antonius se ali-  
quod juvenem adhuc vituli pelle contentum, solum in au-  
cupium descendere, quod avas falleret: ille hominem calli-  
dum, & fucatum perstringens: Verè, ait, tu haud omnino ad-  
huc eam pellem exuisse videtur: astutus enim, & fraudulentus  
vulpino nomine vulpi nuncupamus. Ita olim *Poësius in sary-*  
*Civis* Damam servum corripens, dicit.

*Pelliculam veterem retines, & fronte politus,*  
*Asinum rapido servas sub pectore vulpem.*  
*Ex Annal. Franc. Laur. Beyer. in apopbi.*

**MILES ANONYMUS.**

De tribus exigeret cum vilibus Euclio drachmis,  
Fenus ab urbano milite: MILES ait,  
Ne distide, dabo, dubijsquo festellit ovarum  
Ditæis, accepto nam dedit ære fugam.  
*Refert in Apopbi. Christ. Laur. Beyer.*

**Dominus. Dominium.**

**DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.**

Dominus à domo domas dicitur, & is proprie dicitur, qui  
domus imperium habet, & cui omnis familia paret, ex  
quo factum est, ut dominus, & servus relativa sint, & Domi-  
ni appellatio ad omnes eos prognata sit, qui alicujus rei pro-  
prietatem habent, etiam si usufructus alienus sit. Item Domi-  
nus dicitur is cui populi subsunt. *Virgil.*

*Romanos rerum dominos, gentemque togatam.*  
Generatim Dominus vocatur, qui habet altitudinem suam, de  
quo possit disponere, vel in quod habeat auctoritatem. Suum  
verò dicitur, quod ita subiectum, & adstrictum sit illi, cujus  
esse dicitur, ut possit de eo disponere proprio jure, non ex  
commissione alterius. Hinc Deus est Dominus omnium crea-  
turarum. Unde & Adami vocatur in Scriptura.

Dominium igitur in generali, est potestas, sive jus dispo-  
nendi de re aliqua, tanquam sua: vel est jus in re ad quemli-  
bet ejus usum, nisi lege prohibeatur. *Ita DD.*

**DIVISIO.**

Dominium dividitur in Dominium Jurisdictionis, & Pro-  
prietatis.

Dominium Jurisdictionis, est potestas gubernandi subdi-  
tos, nempe ut possit iis præcipere, vetare, permittere, judi-  
care, punire, præbicare.

Dominium proprietatis est jus disponendi de realiqua tan-  
*L. B. Theatr. vita Hum. Tom. II.*

quam sua, in suum commodum: & sive acceptio communis:  
& dividitur in Perfectum, & Imperfectum, quod habet vel E  
rei proprietatem absque emolumentis, vel emolumentum absque  
proprietate. Unde Imperfectum aliud est Directum, conti-  
nens solum rei proprietatem, à qua quis dicitur proprietarius.  
Aliud utile, continens solum rei commoditatem, & utilitatem,  
quale habet usufructuarius, feudatarius, emphyteuta.

Itaque Plenum, & perfectum dominium, est jus in re, ex-  
tendens se ad omnem ejus usum, aut dispositionem, nisi lege  
prohibeatur, & dicebatur veteribus Latinis mancipium: quod  
videlicet apprehensione manuum potissimum hoc Jus acquiri-  
tur. Unde Res mancipii dicebantur, quæ Dominio jubieiebantur:  
& homo sui mancipii, id est, sui juris, postea hoc Jus  
Dominium vocari cepit.

*Vide Tit. de acquir. rer. Domin. §. Alibi.*

**CUI COMPETAT.**

Soli naturæ rationali competit Dominium: actuale quidem  
actu ratione utentibus: habituale verò potentia eadem utenti-  
bus, puta pueris & amentibus. Sic Deus est Dominus omnium:  
Christo quoque homini data est potestas omnis: dedique ei  
omnia pater in manus, ut sint ipsius. Angeli actionum suarum  
sunt Domini, magna que potestate in res humanas præfulgent,  
hominibus competit Dominium in res extraneas sublubares,  
Juxta illud *Pal. 8.* Omnia subiecit sub pedibus ejus, &c. Ita  
dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudi-  
nem nostram, ut præsit piscibus maris, &c. Homo enim in sta-  
tu innocentie habuit perfectum Dominium in omnia animalia,  
idque partim ex scientia naturali, qua omnia sciebat gubernare:  
partim ex Dei peculiari providentia, mansit quidem post  
peccatum, sed multum sibi imminutum, maxime circa ani-  
malia fera, & magna, ut notat Hugo in Gen.

Qui particularius volet cognoscere, quarum rerum Domi-  
nium, & quomodo cuique competat, consulat Leonard. *Lef-*  
*fium de Inf. Sylvestrum in summa, §. alibi.*

**QUOMODO CEPERIT.**

*Require Tit. de Divisione rerum.*

**\* DOMINI NOMEN.**

**NON USURPATUM. QUANDO?**

Plerique Imperatores recufarunt appellari Domini, quod  
illud nomen ita absolute positum, Deo competere non igno-  
rarent, ut cuiusque restrictione competit, diciturque Domi-  
nus Dominantium. *Apoc. c. 19.*

AUGUSTUS Imperii formator, ne Dominum quidem dici se  
volebat, inquit Tertul. *Apolog. c. 34.* & hoc enim Dei est  
cognomen, &c. Hinc scribit Suetonius, Augustum Domini ap-  
pellationem tanquam opprobrium exhorruisse.

TIBERIUS apud Tacitum lib. 2. *Annal. & Suetonius*, de-  
nuntiavit ita appellanti, ne se amplius contumelia causa nomi-  
naret.

De Alexandro Severo Lampridius idem prodidit: de Adria.  
Imp. alii. Detrectarunt nempe nomen illud, quod pii magis  
haberi vellent, quam potentes. Idem de Claudio, Nerva, Tra-  
jano, & aliis melioris notæ Imperatoribus scribitur Historici.

**U S U S.**

**In Sacris Literis.**

Domini vocabulum absque restrictione, Deo soli accom-  
modatur, quod is plenum omnium rerum creaturam habet  
Dominium: homines velut usufructum dentatæ habeant  
ad vitam, unde nomen S. Patres, in transitu duntaxat uten-  
dum rebus corporalibus, perinde ac canes bibunt ex Nilo.  
Quidquid circa te jacet rerum, tanquam hospitalis loci facias  
spectat, transeundum est: ait *Seneca l. 17. Epist. 105.*

Etiam maritum suum Abraham Sara vocavit Dominum,  
quia id Hebrais in usu erat, ut uxor maritum Dominum,  
& vicissim ille hanc Dominam appellaret, testati hoc nomi-  
ne mutuum amorem, & honorem. Prima autem, quæ hoc  
nomen accepit, fuit Sara, quæ prius Sarai, id est, Domina mea  
vocabatur, postea Sara, id est, Domina absolute, & princeps,  
quia multarum gentium mater, & princeps futura. Erat enim  
typus Ecclesiæ, quæ filios suos, gentesque prudentissime gu-  
bernat.

CHRISTUS etiam à David vocatur Dominus, *Pf. 109.* & an-  
te passionem discipuli eum frequentius vocarunt magistrum,  
quam Dominum. Ipse quoque Patrem sepius vocavit Deum,  
quæ Dominum: se verò Dominum potius vocavit, quam  
Deum, ut constat *Matt. 21. Marci 11. Luc. 19.* & alibi. Ac-  
cepit autem plenum Dominium cæli & terre, juxta illud,  
Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra:

Postea inter Christianos nomen illud usitatum fuit. Ita ut Hieronymus Eustochium, quae propter virginitatem sponsa Christi efficta erat, Dominam suam appellaret.

Solebat Ecclesiae Praelatis, & Sacerdotibus hoc nomen tribui, in signum honoris, non in Dominationis cum imperio, & fastu exercitum.

Principibus quoque, & Imperatoribus cum Judaeis, tum Christianis, Domini nomen adhaesit. Unde & Praesidem Pilatum compellant Judaei hoc nomine. Sed & Magdalena, hortulanum, Joann. 20. Rebecca, servum Abrahæ. Gen. 24. Dominum nuncuparunt: centurio Christum, Mat. 8.

Apud profanos Scriptores. Domini usitatum ab Imp. &c. Item nomen Dotorum erat. Dii etiam Domini appellati.

Commune Deorum nomen apud Ethnicos erat, ut Domini vocarentur, Ita Horat. l. 1. Odar. Terrarum dominos vocat ad Deos. Sic Venerem Dominam appellat Virg. l. 3. Aeneid. Sic & matrem Deorum, & Proserpinam Dominam appellat.

PLEBEII.

Plebæjos etiam Dominos appellari ceptos apud veteres, testis est. Martialis. l. 5. Epigr. 88. Cum voco te Dominum, nolo tibi Cinna placere, Sæpe etiam servum sic resaluto meum. Ovid. lib. 3. Amor. el. 6. Et mihi blanditias dixit, Dominumque vocavit. Lib. 1. Græc. Epigram. Si quid habeo quod dem, statim Dominum, & fratrem vocas: recuso nomen Domini, quia non habeo quod dem.

SENeca Epist. 3. Obvius, si nomen non succurreret, Dominos salutabant. Apud Didonem Tiberius profertur se Dominum esse fervorum, Imperatorem militum, aliorum Principum, ac Imperatorum.

IMPERATORES.

Primus Caligula, ac deinde Domitianus, Dominos, ac Deos se dici voluerunt, mox alii Imperatores, qui se Dominos rerum, & mundi dixerunt. Vide Ammian. l. 39.

Saracenorum Reguli genibus nixi, Julianum ceu mundi Dominum adorarunt.

P. NIGRITUS, cum Octavii uxoris ob puerperium ferius venisset in Curiam, comperita morte causa, ut horam quoque partus accepit, affirmavit Dominum terrarum orbem natum, itaque vox ( Dominus ) apud Christianos etiam pro summis Principibus coepit usurari. Caterum ad alias etiam gentes transit. Apud Turcas namque familiare Imperatoris cognomen: selegimus Solymanum alius titulis suis inferuisse hunc, Dominus omnium Dominatorum univæsa terræ, &c. Loniceros.

In Aegypto Sesostris se omnium primus rex Aegypti, Sesostris vocavit, ita Diod. lib. 2. Exempla aliarum Gentium, quæ principes suos Dominos vocaverunt, reperire est apud veteres Scriptores.

Sic & Imperatrices, Domina appellata, quod respexit Virgil. l. 6.

Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti. D Igitur Imperatrix dicta fuit Dyonna.

Sed & per contractionem Domina fuit appellata. Oppianus. Kai meçdri parala vniçtas dèçma cèççra. Et magna Domina magna severa genuit.

Verum ( Domini, & Domna ) nomen, monet Durand. in Rationali, l. 5. c. 2. usurpari solum jam olim honoris præcipui causa, cum de Deo esset sermo, sic in horis Canonicis dicitur, Fide Domine & in Litanis, Domuum Apostolicum: ac reperitur inscriptum in vetustis membranis. Sic Græci per compendium xupis, supra dicitur, & vult Dominus idem esse quod Deus Domini, aut Deus Dominus.

SANCTI.

Hungari nomen Domina, soli D. Virgini Deiparæ tribuebant, solum Assumptionis ipsius, solum Domina appellabant, ut refertur in Vita S. Stephani Reg. 20. Aug. legatur Molanus l. 3. de Canon. c. 1. 2. 3.

Apud Hispanos, Religiosi nonnulli Ordines sibi accipiunt nomen Don, ut etiam inter illos nobiliores quique, quod idem est cum vocabulo Dominus. Sic Don Joannes, &c.

DOMINICÆ DIEI PRÆROGATIVÆ.

Quere dies.

Dominicale erat linteam mundum, in quod recipiebant facram Synaxim olim mulieres communicaræ. Ita Concil. Alishod. Can. 36. Unaquæque mulier quando communicat, dominicale suum habeat: quod si non habuerit, in alium diem Dominicum non communicet.

DOMINORUM ERGA SERVOS, ET

Familiam officia.

Vide Tit. de Oeconomiâ.

Huc refer ex Tit. Humanitatis, Cruditatis, Perfidie, Inhumanitatis, pleraque. Item ex Tit. Servorum, Famulorum, quædam nihilominus hic propria subiiciemus.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Filiis Israel Deus præcepit per Moysen, ne immoderate gravarent ministrantes, ac laborantes sibi. Exod. 5. Hoc rectè observavit sapiens Salomon, qui operarios mittebat in Libanum per singulos menses, ita ut duobus mensibus vicissim essent in ædibus suis. 3. Reg. 5.

CORNELIUS ille Centurio vir religiosus, id est, multum pietati deditus, ac timens Deum, talem dicitur habuisse familiam. Act. 22.

HISTORICA.

CAROLUS BORR. Card. id aperte ostendit in Epistola quam scripsit ad Barrorem Cardinalem. Curabis: inquit, familiam castam, nec patieris inter domesticos tuos quempiam vivere, cujus modò non impudica sint facta, sed cujus etiam non sint verba, & mores admodum pudici, habeatque domi probata virtutis viros, qui in hanc rem invigilent, & qui te crebro de domesticorum vita commonefaciant. Modestia in verbis, & cultu corporis cernatur. Insuper curabis, ut juramentum à familia tua absint, turpes sermones, scurriles joci, convicia, contumelie, & omnium verborum genera, quæ alios lædant, inter tuos nec dicit, nec audiri sines. Vestitus autem cæcis decens esse poterit, cavebis tamen ut à familia viri Ecclesiastici procul sit is corporis ornatu, quo milites, & profani juvenes uti solent: hoc enim & gravitatem redolet, & illis ipsi quandam majoris modestie necessitatem imponit, & magis etiam convenit Cardinali. Ut enim dedecet profano principi clericos clericali habitu famulari, sic indecorum videretur, si laici in habitu clericali ministrarent. P. Hieron. Plat. lib. de Card. dignit. cap. 23. & Theop. Polit. apbor. lib. 5. cap. 1.

In cura domesticorum cotporibus, ac liberalitate impendenda plurimum enituit, ut in cæteris B. Caroli Borromæi virtus, quem scimus, idque adhuc tradunt ejus intimi amasse suos omnes, non ut servos, sed ut filios, & fratres, & largè suppeditasse, quæ oportebat: quin etiam, quanquam nollet ab ullo sibi serviri spe ullius beneficii Ecclesiastici, omnium tamen merita pro ratione personarum, atque pro meritis cumulatè remunerabantur. Insuper etiam consueverat quoque domi habebat alioqui, interdum etiam cum singulis colloqui, etiam infirmis, atque ex ipso stabulo, aut coquina, ut reficeret, quomodo tractarentur, & an alicui ferret injuria. Et quantum in seipsum admodum severus esset, in famulos tamen omnem moderationem tenebat. Itaque cum nocte ad sua studia surgebat, ne cuiquam onerosus esset, ipsæmet manu sua lumen pectebat ex lampade, quam ob hanc ipsam causam in suo cubiculo ardere perpetuo volebat. Ipse quoque, cum maturum erat anagostia sua lumen dederat, sed silencio, ne dormientem excitaret, ut cum per se expiraretur, accensam inveniret lucernam. Idem etiam cum alicui suorum ægrotaret, jubebat eum omnino quam diligentissime curari, cique munerem certos homines peritos, & charitate flagrantem præferret, ac fubinde ab aliis domesticis visitari volebat, & ipse etiam visitabat, non solum nobiliores, sed & infimos, tanta comitate, & suavitate, ut nemo esset, cui non illa Domini sui humanitas morbum levare videretur. Idem ibid.

Eadem etiam laus tribuitur Juliano illi Casarino Cardini, qui cum parvos admodum haberet redditus, quantum scilicet ex Galero, atque ex tenui quadam Ecclesia percipiebat, medio cremalebat familiam, non amplius quam triginta hominum, sed hanc præcipuo quodam amore complectebatur, ac fovebat in morbis ipse quoque tum necessaria præbebat omnia, tum etiam ultra inviscibat, & consolabatur ægrotos, multique contigit, ut in ejus manibus cum magno suo solatio spiritum Deo redderet. Idem ibid.

Pius

Pius II. Pontifex Romanus mira comitate, & facilitate in omnes domesticos utebatur: nam quos vel incitria, vel ignavia, & negligentia deliquisset deprehendisset, paterna charitate admonere potius, quam severa objurigatione excipere solebat. Plat. de vita Pont. in Pio II.

DAVID Pictorum, sive Scotorum Rex, tanta prudentia fuit in gubernanda aula sua, ut quod apud omnes corruptissimum est, quòdque omni virorum genere scæter, cura sua, & exemplo non modò purgavit, & ab apertis prohibuerit flagitiis, sed etiam in omne genus virtutum exercuerit. Non illic impudicum verbum ullum ex ore cujusquam audiebatur, non lascivus motus occurrit oculis, non comotationes, aut comestiones ebrioforum, crapuloforumque manduconum apparebant: nulla in domum corruptelam unquam admitta, nemo flagitiosus illic delitescere poterit. Casta, ac pura ubique omnium oratio, extra sermonem familiare nil nisi pium inter se conferentium. Sobria, & continens vitæ omnis conversatio, nulla unquam rixæ, nulla querelæ: mutuo inter se omnes velut fratres amare prosequantur, mutua inter se officia comiter deferant. Itaque non monasterium ullum tanta concordia, tantaque religione conspirat, ut illius familia regia, charitatis vinculis, atque religio omnibus virtutibus connexa, de vinctaque spectabatur. H. Boeth. lib. 11. bist. Scot.

Pius V. familiam suam magno studio reformabat, quòd sciret inde exempla manare ad Ecclesiasticos omnes, ut ipsi quoque se, suoque ad ipsius exemplum componerent. Sacerdotes, ut minimum ter in hebdomada sacrificium facerent; cæteri, præsertim Diaconi & Subdiaconi, saltem decimo quinto quoque die communicarent, edixit: Sacris ordinibus initiatos, aut ecclesiæ provenus percipientes, habitum jubebat ferre clericalem, atque tonsuram, nec vestes habere nisi ex lana simpliciter absque ullo ferico. Aulicos suos omnes, ne otio tempus malè perderet, jubebat facere lectioni, quam ter in hebdomada sacri Palatii Magister habet, interesse. Fiebant etiam in aula prælectiones Philosophiæ. Non paucos suos Scriptores Ecclesiasticorum libros dabat, ut iis legendis, dum Pontificem vicissim observant, tempus utiliter transigerent. Nihil in suorum moribus, habitu, colloquio, & tota denique vivendi ratione vitiosum, & quod prævisse exempli, tolerabat. Prædicto custodie corporis sui mandabat, dantes operam, ut milites sui tranquillo, & sine insolentia vivebant. Impudicas mulieres publicè edito ab urbe expelli jubebat, & ne quis ex iis, qui Romæ degunt, hospitia publica, & caponas urbis computandis gratia adiret, nec quicumque in iis ludere sineretur. Eo edito multa flagitia, & peccata resecata sunt. Familiam denique ejusmodi se habere velle dicebat, quæ & vita, & habitu cæteris exemplo esset: nec tam ministrorum numerum, aut cultum corporis, quam virtutem & integritatem sibi spectandam statuebat. Laur. Sur. in Chronico, anno Domini 1566.

S. VVOLESTANUS Wigornienfis Episcopus disciplinam domus suæ, tam in Laicis, quam in Clericis, severissimè exercebat. Legem statuerat, ut omnes tam Mistræ, quam alios horis omnibus interessent. Custodes ad hoc constituebat, ut nullum impudè ridere sinerent, & alioqui aut potu eo die carebat, aut palma istam ferulæ excipiebat. Laicum nullum è domesticis quoquam misit, cui non preces septies in die dicendas injungeret; hoc assenserit, ut si sic Clerici septem horas, ita Laici septem orationes Deo libarent. Si quis autem ipsum juraret, statim ferulæ vindicta feguebatur. Indignè admodum ferebat, si quis domum eo alicuius malitiæ deputaret. Bravonius Monachus in vita ejus, c. 8. apud Sur.

Id ita præstabat judex ille, de quo in primo vitæ Sanctorum Patrum scribitur: quod cum Abbas Paphnutius vir vitæ Angelicæ Deum rogasset intente, ut ei dignaretur ostendere, cui similis esset, assistit ei Angelus Domini, dicens: Similis es primario, id est, Judici viri illius. Quo audito perrexit ad eum Paphnutius, & interrogavit, qua esset conversatio ejus. Quo de se humilia respondente, insinavit Paphnutius, donec secreta sua aperiret, si que inter cætera ferebatur: Triginta annis cum uxore mea continenter penitus vixi. Peregrinos, & pauperes fempere suscepi, nec eos sine viatico abire permisi. Famulos meos sic rexi, ut nemo mortalium eos reprehendere poterit. In judicando nec filii mei personam contra æquitatem susceperunt: discordes tempus solum fudi concordare. Dion. Carth. l. 2. de Doctr. vitæ Christianæ, c. 4.

De Elzeario Comite Ariano ita in vita ejus scriptum legitur. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

mus, adeò fuisse severum in disciplina familiæ, ut apertè diceret, nolle quemquam suo pane vesci, quem mortali peccato implicatum sciret, idque exquebatur: statim enim expellebat, quem cognorat turpialiquo admisisse. Multas enim leges præscripsit, quas ab omnibus volebat servari, & hanc inter alias, ut omnes aulici, ac milites quoque, quos domi habebat, singulis hebdomadis peccata confessionibus expiant. Blasphemias autem, immò verò sacramenta leviter, ac temere pronunciata nullo modo tolerabat. Quin etiam sanxerat, ne quisquam alterum offenderet: quod si faceret, statim in gratiam rediret, volebatque omnes in summa pace, & concordia degere. In vita ejus apud Sur. 27. Sept. c. 28.

DOMITORES ANIMALIUM.

Quere Animal.

\* DOMESTICI.

Qui.

Domestici sunt amici, filii, famuli domus, quos alio nomine dicimus familiares. Ita dicit Christus, discipulos suos esse domesticos, Mat. c. 10. Sic Paulus vocat domesticos fidei, ad Galat. ultimo, id est, qui familiari vinculo fidei conjuncti sunt, Amici quoque Dei domestici vocantur. Et in Timoth. 5. vocat domesticos, omnes illos qui ad familiam pertinent. Etiam Cornelius Centurio in Actis, cap. 10. missus ab Angelo ad Simonem Petrum, vocabat domesticos suos, postquam Angelus discessisset.

Erant olim inter alias palatii Imperatorum dignitates, domesticus variis: quibus præferebatur quipiam alius dignior, quomodo Trebellius refert, Diocletianum domesticos rexisse. Neque tantum erant domestici Imperatoris, sed etiam ducum. Erant domestici Equites, Comes domesticorum, Præfectus quoque scholæ erant domesticus. Omnes etiam adjutores domestici domestici erant. In palatio domesticus mensæ, Comes domesticorum, scholarum domesticus, murorum, & regionum domesticus. In foro, domestici Judicium ministris, C. de assess. & ministris. In Clero quoque, domestici chori, pænarum, de quibus Codin. l. de offi. vide N. ceph. l. c. 18. In Ecclesia erat domesticus dextri, & sinistri chori. Item domesticus in cantorum, qui in ecclesia dicitur. Vide de variis domesticorum nominibus, & acceptionibus. Gesar. Bulinger. de Imp. & Imperio l. 4. c. 18. Hinc domesticatus inter dignitates tam Ecclesiasticas, quam Politicas referebatur: & Megadomesticus erat, quem nunc majorem Senefalcum dicimus. Ita Mat. Martinus in suo Lexico Philologico.

Domus.

QUID SIT. ACCEPTIO VARIA.

Domus dicitur, sive domus Græcis proprie est adificium ad habitandum factum, quod ex tecto, & pariete consistit. Ponitur tamen pro quoconque habitaculo. Unde etiam nidos avium domos dicimus. Virg.

Antiquas domos avium cum stirpibus imis Erunt Domus Hebraicè Batith, omne receptaculum aliquid capiens. Synecdochicè sumitur contiens pro continente, ut domus pro tota familia. Significat etiam domus populum, ut domus Israel. Secundò Tribum, & partem populi, ut domus Aaron. Tertio varia loca. Quarto mortale corpus. Job. 14. 19. Eccl. 12. 3. Cor. 5. 1. Quintò Sepulchrum. Eccl. 12. 7.

Sic dicitur Paulus baptizasse domum custodis carceris, quomodo dicitur in Epist. 1. ad Cor. idem baptizasse Stephanæ domum, quòd aliqui existimant de eadem domo dictum: per domum autem intelligunt totam familiam, quæ consistit adultis, & parvulis, liberis, & ministris, sive servis.

Eodem modo legitur Rachel, cap. 2. domus Israel, pro tota gente, quomodo dicuntur Rachel, & Lia adificiale domum Israel, Ruth cap. 4. quòd ipsa una cum ancillis suis genuerunt duodecim Patriarchas.

Immo nomen Domus, absolute postum Synagogam significat. Esai. c. 35. vers. 14. Domus quoque pro templo accipitur, ut Jerem. c. 12. Reliqui domum meam, &c. Quamvis cum addito dici solet, domus Dei, vel domus orationis. Galli verò domum Dei appellant Nofocomium, five domos hospitaliales, Hofel-Dieu, ut testatur Gaillet. Parif. l. de morib. c. 6. pag. 207.

Xxx 2 Deni.

Denique domus pro posteritate accipitur : ita cap. i. Exod. A de filiis Israel ingressis in Aegyptum dicitur, quod singuli cum domibus suis intrerint, id est, cum nepotibus, & filiis. Sic Deus promittit, se David domum, id est, sobolem regiam daturum, lib. 2. Reg. 7. Achab vero domum, hoc est regiam stirpem everfurum 3. Reg. 21. Atque in hac significatione domus usurpatur apud omnes nationes. Unde Poeta:  
*Cum domus Assarici vidis dominabitur Argis.*  
 ARISTOTELES lib. 1. Politic. cap. 1. ait, domus est economica communicatio ex viro, uxore, filiis, servis, bove, aliisque animalibus constans.

\* DOMORUM INVENTIO. USUS, QUALITAS.

Post electos primos homines est Paradiso, ac natura jam per peccatum corrupta, ceperunt incommoda, & aeris injurias declinare, & speluncas habitationi accommodare, ut scribit Plin. & Lucan. Dein furca utrinque suspensa fulciebantur cae, & in proclive disposita, decursus imbribus quamvis magnis, erant. Id quod Ovid. in descriptione argentei sacculi indicavit.  
*Tam primum subiere domos (domus antra fuerunt)*  
*Et densi frutices, & junctae cortice virgae.*  
 CRATES intelligit, ex arborum corticibus, aut junctis textas, & quibus rusticis domos aptant. Ita Gloriam. in Annot.  
 Athenis primus domum edificavit Doxius Calli filius, cum prius tuguria, & specus pro domibus haberent; sumpto exemplo ab herundinum nidis, adhibito luto, eamque ob rem immortalis laudem meruit.

Consule Titulum de Architectura.

DOMUS HABITATIONES VARIÆ.

Haurum luxum, magnificentiamque require ex Titulo Magnificentiae, Luxus in aedificiis. Sumptus facti in aedificia.

QUO IN LOCO.

IN CAVERNIS, SPELUNCIS, Infra terram.

C Indorum magna pars in subterraneis aedificiis vitam degit. Dardani, Illyricorum natio prostris agrestis, sub fimo speluncas desolatas incolunt : studio tamen captis musicæ, tibias, & fides, & id genus instrumenta usurpant. Strabo lib. 7. Ethiopes in subterraneis domibus cum filiis degunt. Alex. lib. 5. c. 25. Troglodyte specus habent pro domibus. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 25. Balceas in faxis concavis, & cuniculis ad corporis magnitudinem dimensis habitant. Mardorum gens specus infodiunt montibus, in quos se, conjuges, & liberos recipiunt. Ligures montani speluncas, & vastissimas specus incolunt. Idem.

IN AQUIS.

Paonas, Prasiadem paludem incolentes non cepit Megabyzus Darii praefectus : tentavit tamen expugnare eos. Incolunt autem in hunc modum. In media palude compactæ erant publicæ, tenuem à continente ingressum uno ponte habentes. Has publicas tabulata sustinentes, olim communiter omnes cives stantebant. Mox è lege hunc in modum statuendum censuerunt, ut pro singulis uxoriibus, olim communiter omnes cives stantebant. Mox è lege hunc in modum statuendum censuerunt, ut pro singulis uxoriibus, olim communiter omnes cives stantebant. Mox è lege hunc in modum statuendum censuerunt, ut pro singulis uxoriibus, olim communiter omnes cives stantebant.

RURI, IN AGRO, IN URBE.

Aesculapii delubrum extra muros erat Romæ, quia commorationes rusticas urbanis salubrioribus dicebant. Sic etiam Græcis in locis cellis ferè, & apertis loca sunt Aesculapii. Plut. in quaest. Rom.

IN ARBORIBUS, SYLVIS.

Apud Ethiopes lictiophagos, arbores quaedam juxta litus plurimæ nascuntur, imminentes mari : has frequentibus foliis, fructu vero simili nuci castaneæ, simul connectentes, umbracula sibi constituunt : ubi in litore pariter, & mari commorantes, vitam agunt, tum solem effugientes arborum um-

bra, tum continua maris unda, ventorumque aura æstum irritigante. Diad. lib. 3. c. 3.

Heptacometæ Barbari sunt in Ponti regione, quorum nonnulli super arbores degunt, alii in turribus.

Seythæ calvi sub arboribus cubant, per hycem quidem ubi arborem pileo albo, sive quocumque contereint : per æstatem vero, sine hoc pileo. Herod. lib. 4.

Hyperboreis nemora, vel luci, aut sparsa tuguria domus sunt, Nam præaltas sylvas, & rupes in vias incolunt.

IN CURRIBUS.

Seythæ Nomades, quia fusi per agros sunt, carris, quocumque fors tulit, pro tecto, & late utuntur. Proinde ex re, Hamarobiorum nomen traxerit. Hipp. de aere.

Japones domos non habent, sed tabernacula quasi castrensis : mansionesque sæpe transferunt, Hamaxobii sunt. Jac. Zieglerus in Scandia.

EQUA MATERIA. EX ARBUNDINE, FOLIIS.

Aegyptii præcis, domos ex arundinibus conficiebant : cujus rei vestigia penes Aegypti pastores permanserunt : nulla alia nisi ex calamis facta habitacula probantibus. Diad. lib. 1. c. 4.

In Meroe ex Palma ædes, & ex aliarum arborum ramis, & foliis conficiunt.

Afrorum pastoralium domicilia sunt virgulis compacta, suspensis circa lentiscos, & ea quoque versuta versalia. Herod. lib. 4.

Britanni, & Suevi primitus in tuguriis unâ cum armentis habitabant. Alex. lib. 1. c. 25.

LATERIBUS.

Athenienses, cum antea specus, & saltus incolerent, primi latericias ædes calce, & cemento construxerunt. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 25.

Paramedusidæ, agreste hominum genus, Bastrianis ad Occidentem conjuncti sunt. Tuguria latere struunt in montibus, foramine superne relicto, unde lumen accipiunt. Altis præmuniuntur nivibus.

CRATIBUS, PALEIS.

Gallis domicilia pluteis, & cratibus intexere mos erat. Massilienses ex paleis sibi domos conficiebant. Alexand. ab Alexand.

SALE.

In promontorio Africa, quod porrigitur usque ad Herculeas columnas, est effusio salis, decem digitorum itineris : cujus incolæ domicilia sua faciunt ex micis salis. Isti enim jam tractus Africa vocant imbribus : nam si pluerit illic, non possent manere parietes falis. Herod. lib. 4.

PISCIBUS COSTIS.

Qui sunt versus Ardum Ethiopes lictiophagi, ex costis cetorum incurvis, quas mare plurimas efficit, ex utroque positas latere, colligantque, quas maris alga operiunt, habitacula sibi extruunt, ad evitandos aestus, natura sibi artem ex necessitate ad se tuendam repierunt. Diad. lib. 3. c. 3.

TESTUDINIBUS.

Chelonophagi Africae populi, partim ex alga, partim ex testudinum testis, domos adversus tempestates tegunt. Alex. lib. 5. cap. 25.

Spathamiaz Pygmaei, ex ovorum putaminibus, & pennis aedificia comparant.

QUORDINE.

SPARSIM.

Hammonii populi Africa, dispersi tuguriis habitant, medium nemus pro aede habent, triplici muro circumdatum.

Germani præcis non cohærentibus aedificiis habitabant, sed suam quisque domum spatio circumdabat, propter metum incendiorum. Alex.

VICATIM.

Burgundiones dicti sunt, quod olim vicis habitarent, qui eorum lingua Burgi vocantur. Græcis περίοι, à communione ignis, τὸ πυρ.

QUA FORMA? MAGNIFICA. SUMPTUOSA.

Medi diversiora habent magnis recessibus circumdata, & memoribus manu confitis.

Arabes, & Sabæi, limina, postes, cellas, sulcimenta, parietes, domorum tecta habent augustissima, ex ebore, auro & argento, ac sumptuoso lapide, & smaragdo, luxu ingenti, laquearia vero citro, & ebore exstructa, qualem Alcinoi domum Homæ.

DONUM. DONARIA. DONATIONES RELIGIOSÆ. MUNERA DATA CAUSA Eruditionis, Gracitudois, &c.

HINC DONATIO JUSTA, EAQUE VEL FIDA.

Huc salaria.

M. ANTONIUS Philosophus Imp. Athenis iniciatus, magnos honores tribuit Atheniensibus, quorum in urbe Doctores omnis doctrinæ annua mercede conductos constituit ad omnium gentium utilitatem. Dion.  
 M. ANTONINUS Pius Imp. Rhetoribus, & Philosophis non solum salaria, verum etiam honores, & provincias decrevit. Pont. c. 11. §. 42. de liberal.

ALEXANDER Mammæz Rhetoribus, Grammaticis, Medicis, Aruspibus, Mathematicis, Mechanicis, Architectis salaria instituit, auditoria decrevit, pauperum filios publicè aluit. Cusp. A. D.

FERDINANDUS Neapolitanus rex grandem pecuniæ summam quotannis ex arario pendendam statuit Rhetoribus, philosophis, Theologis, qui publicè Neapoli docerent. Egregium factum, & perpetua commendatione dignum, eos alere, quorum utilitas non tantum ad parentes, & sanguine conjunctos, verum etiam ad totam patriam, & totum terrarum orbem redundare potest. Pontian. de Liberal. c. 29.

FRANCISCUS I. Gallia Rex laudatissimus Imp. & eruditione, & rerum gestarum gloria par, pietate etiam superior, verus Musarum Mœccenas, Parisiis in omni literarum genere professores annuo stipendio cd. librarum in singulos constituit, quos Regios vocant, qui abque stipendio docerent publicè. Hacque ratione factum est, ut rudis illa, & bellicosa Gallia literis quoque, & pacis studiis ornaretur. Nam Regis ad exemplum totus componitur orbis. Cæsar Venetis natus Gallias armis subegit : at hic noster Minerva filius, & armis protexit, & literis ornavit, atque illustravit.

MERCES.

Velamentum est artis pretium, id est, operæ pretium velat, atque abscondit ipsius artem, facit, ut nulla ejus ducatur ratio. E contra Honorarium est artis, quod datur sponte ob artem, non ob operam.

OFFICIOSA.

C EVERGETIS genti Arimasporum prope Arianos, nomen ab eo inditum, quod Cyri regis exercitum frigore, & fame confectum, tecto, & commaculato olim juvissent. Evergetis in potestatem redactos Alexander Magnus ob egregiam fidem, quam Cyro olim præstitissent, grandi pecunia donavit. Sab. lib. 15. En. a. ex Diad.

Corinthii Atheniensibus sociis naves viginti rogantibus, cum lege ea domo dare non possent, viderunt illi singulis quinque drachmis. Herod. lib. 1. 16.

Plataenses, ut feliciter à Græcis contra Xerxem in campis Elufinae Cerecis ( ut oraculum præceperat ) pugnarent, neque tamen locus ille ad pugnam aptus esset, quantum erat agri inter Atticam, & urbem suam, id est, Eleufinae Cereti dono dederunt. Plut. in Aristide.

PORSENA Rex Hetruscorum, pace cum Romanis juncta, cum aliam civitatem exhibuit imperium munificentiam, tum nihil præter arma ut deportarent Thufci, castra commeatu & omni generis opulencia referta relinquere, impetavit, eaque donavit Romanis. Unde mos usque ad nostram ætatem in honorem, & memoriam perpetuam illius beneficii manet, in sectionibus primum bona Porsenæ regis proclamandi. Plut. H in Poplicola.

NERO Senatoribus, qui tenui se familiari essent, annua salaria statuit. Alex. lib. 1. c. 11.

VICTOR de Eugenio tyranno Theodosius Magnus, sicut cederat, & prædixerat, Jovis simulacra, qua adversus eum fuerant, nescio quibus ritibus velut consecrata, & in Julii Alpihus constituta depositis : eorumque fulmina, quod aurea fuissent, jocantibus (quod illa lætitia permittebat) cursoribus, & scabris fulminaria velle dicentibus, hilariter, benigneque donavit. Sigon. lib. 9. imp. Decid. ex D. Augustin. lib. 5. de Civitate Dei.

ANASTASIUS Imp. cognitis rebus à Clodoveo Francorum rege contra Vestigothos in Gallia gestis, virtutem hominis admiratus, eximia ad eum dona, & codicillos de consulari ex ipsa, ubi bellum contra Persas gererat, Mesopotamia misit. Quibus acceptis, Clodoveus filium Theodericum accessit.

Homerus tradit, auro, argento, electro, atque ebore fulgentem. Alex. lib. 1. c. 24.

Intantum magnitudinis Romæ urbis aedificia processere olim, ut tota aedificia exurgerent, in quatuor, aut quinque contigiones, & multa tabulata tecta exciderent, maximalque domos maximis domibus imponenter, ut orator Aristides professus fuit. Itaque Augustus Cæsari, ne urbs ruinis laboraret magna mole aedificiorum, ne quis supra septuaginta pedes sublimius aedificaret, inhibere necesse fuit, licet ipse modicas ædes incoleret, & thoro modicè infrato cubaret. Quod & Nero Cæsar post incensam urbem, dimensis viciorum ordinibus, & viarum spatibus, statuit, ne ultra præscriptum aedificia tollerentur. Quare Æmilius Porcina à L. Cassio accusatus, & poena multatus fuit, quod villam nimis sublimem aedificasset. Proinde, Tyrios adædit maximis contiginationibus domos aliquando struxisse, ut parum abfuerit, quin totæ terræ motu corruerint. Idem.

VILIA, SORDIDA, TENVIA.

Fuit institutum Lycurgi apud Spartanos, ut domorum culmina securi, janus vero terra discindant, ne quis insignis aedificaret. Quare Agellai domus ab inopi, & privata haud dissimilis fuit, sicut Pompeii domus usque ad tertium triumphum. Alex. lib. 1. c. 34.

A principio Urbis Romæ tam simplex vitæ cultus, ut rudicemento constructas domos, & scandulis robustis, aut stramentis cunctam urbem annos quadringentos usque ad Pyrrhi bellum legamus. Idem.

De Apio, Marcial. Epigram. l. 11. sic scribit: *Ædes emit Aper, sed quas nos nocturna vellet esse suas, addo nigra, vultque casa est. Vicinos illi miridos Maro possidet hortos: Cœnabit bellè, non habitabit Aper.*

Apud Calceos Indos regie ædes solium ex lapide structæ sunt, reliquis per leges minime licet aedificare magnificè, quamvis ditissimi sint. Ofor. lib. 1. 2. rerum Em.

De Domibus, & earundem usu vario, item nominibus, Consule Tit. de Loco. Loca formaliter considerata, quoad locatum, nempe habitantem.

Donatio. Donum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA. AC AD EAM REQUISITA.

DONATIO dicitur Græcis, à quo dicitur donum dicitur : definitur esse liberalis datio, vel ut alii, est largitio illimitata facta ex mera liberalitate, ff. de donatione, l. 1. Itaque donatio dicitur quasi dono datio, ut habetur, ff. de donat. causa mortis, l. Senatus, §. 1.

Igitur ad donationem tria requiruntur. Primum ut ea mente quis det, ut velit statim fieri accipientis. Secundò, ut non velit donum ad se reverti. Tertiò ut non donec ob aliam causam, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat. Unde colligitur, propriè, & strictè non esse donationem, quod ex gratitudine datur, aut ex rogatione importuna, quæ minuat libertatem, aut ut accipientis etiam donec.

\*PARTITIO.

Donatio communiter, & generaliter dividi solet in Donationem inter vivos, quando rem, quam tibi dono, malo te D habere quam me; & in donationem mortis causa, quando eam malo me habere, quam te, sed magis te, quam heredem meum. Infit. de donationibus, §. 1. & aliquot sequentibus, ff. de mortis causa donationis, l. 1. Donatio inter illos irredibilibis est; donatio mortis causa aequatur legato, & ante mortem revocari potest.

Iterum donatio inter vivos alia est simplex, alia modalis, quæ fit propter causam interpositam: Vide Sylvestrum, verbo Donatio. Donatio simplex, alia absoluta, alia conditionata, quando sub conditione aliquid promittitur. Demonstrativa omnibus his communis est, sic dicta, quod demonstratur donatarius, aut donum.

Potest etiam donatio dividi, ut alia sit propria, alia impropria. De quibus, l. ff. de donationibus. Propria est ferè illa liberalis, qua statim neque ex alia causa neque propter aliam causam præter liberalitatem ipsius donatoris, res fiat donatarii. Ita Foan. Malderus Trad. de Just. & Religione l. cap. 10. Auct. 2. L. B. Theatr. vita Hum. Tom. 11.

ac soleme Franci indicit. Qui cum frequentes convenissent, in basilica S. Marini Turonibus semet muneribus Augustalibus, tunica blacta, chlamyde, & corona aurea pretiosis gemmis distincta ornavit: inde ego in festo, urbem specioso fuorum agmine comitatus perambulavit: ac communibus lætitiæ causa stipem auream, argenteamque in populum sparsit, tanquam Consul, & Augustus passim a populo salutat. Quo die nullus pulchrior Francis post festum diem Christianæ regenerationis illuxit. Addidit inde huic gloriæ insignie religionis decus: quippe eximiam illam coronam, quam missam ab Imperatore gestarat, parum sibi congruere arbitratus, Romam dono S. Petro misit, atque ea caput regali longè augustius exornavit. Ea corona postea regum, ut notavit Siebertus, est appellata. *Idem l.6.*

GRATA.

CYRUS rex Arimaspos, qui currus frumento onustus ad 30. millia adduxerat, & præter spem ab ingenti calamitate exercitum suum liberavit, à tribus omnibus immunes esse voluit, magnisque insuper accessit muneribus, & priori dempto nomine, pro Arimaspos Evergetis appellavit. *Diad. 17.*

Atheniensis populus Aristionis ex filia neptem, quam vivere acceperat in Lemno fœdit, illocabilem ob inopiam, reduxit Athenas, atque nobili viro nuptum dedit; in dotem largitus prædium in Potamo. *Plut. in Aristide.*

Idem Lyfimacho Aristidis filio argenti centum minas, totidemque confiti agri jugera, post patris mortem dedit: adjectis etiam quatuor drachmis, quæ de publico diebus singulis pendebantur. *Pont. c.23. de liberal.*

ALCMEON Megaclis F. Atheniensis, eos Lydos, qui Sardibus à Cræso Delphos ad oraculum jerant, comiter accepit. Cujus beneficentiam cum Cræsus audisset, hominem accepit, & tanto auro donavit, quanto semel corpore suo ferre posset. *Herodot. l.6.*

HERON Syracusanus, cum tripodem, victoriamque ex illa borato auro Deo esset depositurus, viros misit in Græciam, qui aurum perquirerent: qui vi tandem Corinthum accedentes, diuque investigantes, apud Architelem Corinthium invenerunt, qui longo tempore paulatim emens, thesauros non exiguos comparaverat. Dedit igitur Hieronis procuratoribus quantum voluerunt, ac superius postea manum implens, illis insuper tribuit. Quæ de causa navigium frumento onustum, alique dona complura misit ei Hieron ex Sicilia. Ex Phazis libro de Tyrannis Siculis. *Athen. l.6. c.3.*

Tribunus Palæstinus medicus à Cosiro rege, quem sanitati restituerat, muneris loco id unum petiit, ut sibi captivos quosdam Romanos donaret. Quos rex præmii loco libenter concessit super tria millia. *Suidas.*

ANIANUS Episcopus Aurelianensis, cum pro inauguratione cum solennitate urbem esset ingressurus, à petiit ab urbis præfecto Agrippino, ut captivos omnes sibi dono daret. Quod cum Agrippinus recusaret, ex ruina lapidis ex alto cadentis graviter vulneratus, & ab Aniano curatus, concessit demum, quod ante recusat. *Vincem. l.18. c.12.*

SEVERINUS Romanus captivus à Gisa Filithæ Rugiorum reguli conjuge imperiosa, & crudeli sibi donari petebat. Superbe pium senem à se illa repulit, & statim filius ejus morbo gravi correptus est. Petiit illa veniam à S. Severino, cujusque captivos omnes donavit. Severinus vicissim filium ejus sanitati restituit. *Otha Thibisigenis l. 4. c.30.*

HENRICUS II. Imp. Bamberge monasterium sub nomine S. Michaelis in sanctis Benedictinis indulgit. Eam basilicam XIII. post anno consecrare cupiens, Benedictum Pontificem ob id in Germaniam advocavit. Cum Benedictus Henrici postulat fecisset, is se in singulos annos equum album, & centenas marchas argenti S. Petro, & successoribus ejus daturum spondit. *Sigon. l.8. Imp. Occid.*

JACOBUS Urgellensis Comes, Ferdinando Aragonum regi rebellis, cum ex oppido Bellagerio egredere se dediturus: obvius ei fit miles quidam, nondum obducta ingentis cicatrice vulneris, quod pro illo pugnans in capite acceperat, operam orans, ne militem suum flagit, morbo, fami, nuditati, tanquam immanibus feris conspiciendum relinquat. Huic Comes: Tu quidem recte, sed ego te miserabilior, qui non modò nihil quod dem, sed ne me quidem metipsum habeo. Quid loquor? habeo quod dem. Gerebat loriceam hamis contextam, non confertam, non parvæ pecuniæ, cam protinus sibi detraham militi dedit. *Valla lib. 3. hist.*

M. ANT. BRASAVOLA medicus Ferrariensis, Borfio duci, de

duritie alvi conquerenti, & tamen clysmata respuenti, fuaserat, ut à cœna in pavimento aqua frigida confersa semin deambularet. Hic cum statim alvus moveri cepisset, decocto herbarum calidarum rursum pedes fovit. Hoc curatiosis compendio delectatus princeps cum centum aureis donavit. Testis ipsemet in *Examine simplicium.*

FERDINANDUS I. Imp. Joannem Langium pro versione Nicæphori Callisti quingentis aureis donavit, & Joannem Oporinum ad illius editionem spe amplissimorum præmiorum invitavit.

DONATIO RELIGIOSA. MUNERA  
Religionis nomine data.  
QUIBUS. PUTA  
CHRISTO.

Magi ex Oriente divinitus excitati, ad Christum adorandum Bethlehæmam maximis itineribus pervenerunt, & pietatem suam regi munificentia comprobant, thus Deo, myrrham Homini, aurum Regi offerentes. *Mat. 2.*

ECCLESIIIS.

CONSTANTINUS Magnus certum vectigal à civitatibus pendit solitum, Ecclesiis provincialibus, cleroque distribuit. Dationem verò ipsam, decreti sui auctoritate validam in perpetuum esse voluit. Ut autem virginibus, & qui in coelibatu viverent, testari liceret, aliquique sacerdotibus ex testamento relinquere (qua ex re videtur Ecclesiæ patrimonium auctum esse) legem sustulit ante latam ad propagandam sobolem, qua illi veratibus hereditatem adire, qui 25. ætatis anno uxorem non duxissent. Hinc jus illud trium liberorum inventum à principibus est; quo in amicis prole carentes plerumque utebantur. *Hæc Socer. & Sogom. in Tripartita sua accurate scribit. Plat. Ecclesiæ ministros, & clericos ubique locorum esse constituit.*

Theod. l. 4. c. 4. hoc Joivanianum Imp. in primis laudat, quod lege edita jusserit ecclesiis restitui frumentum, quod is de publico olim prælari jusserat Constantinus, Julianus vero prohibuerat.

ROMANUS Argypopolus præter omnem spem, atque expectationem oculorum amittendum periculo evitato, Imperator cum Zoë Augusta incendia Constantinii Imp. defuncti factus, initio Imperii, cum sciret magnæ ecclesiæ redditus non sufficere, ut qui superioribus temporibus dispensator ejus fuisset, l. xxx. auri libras quotannis ex ærario imperatorio ei pendii iussit, decreto ea de re condito. *Cæden.*

Constantinus Irenes filius commercium nundinarum centum librarum auri largitus est Ecclesiis Ephesi, ad famulatum Joannis Apostoli. *Paul. diae. l. 23. ver. Rom.*

PONTIFICIBUS, EPISCOPIS. CONSTANTINUS Magnus Imp. Militiæ Papæ Rom. cum prædia, ac dona multa, tum in primis Augustale Palatium in Laterano (sic dicto, à Laterani basilica Casariano truncati gladio) impertit, atque ipse aliò ad habitandum perrexit. Quin etiam Salvatori continenter Palatio Basilicam inchoavit, quæ postea basilica Salvatoris Constantinianæ, ac Lateranensis nomen invenit. *Sig. Imp. Occid. l. 3.*

MICHAEL Imp. Patriarchæ libras auri quinquaginta, & clero viginti quinq. donavit. *Paul. l. 24. ver. Rom.*

Cum Theophylactus coronaretur Imp. Patriarchæ dedit libras vigintiquinq. auri, & clero centum. *Idem.*

CAROLUS Magnus moriens, duas partes reliquit à se pecuniæ iussit dari Episcopis, præsertim metropolitans, pro reficiendis ecclesiis, & pauperibus adjuvands: tertiam filiis, ac filiabus cujusque ratione habita, cum servis & ancillis, reliquit. Erant inter cæteros thesauros tres argentæ menæ, & una aurea justæ magnitudinis. Quarum unam, quæ Constantinopolitanæ urbis similitudinem referebat, basilicæ B. Petri Romæ: alteram, in qua forma urbis Romæ visebatur, ecclesiæ Ravennati dono dedit: tertiam, quæ totius orbis descriptionem continebat, cum aurea, filiis suis reliquit. *Crantz. lib. 1. Metr. cap. 18.*

HENRICUS II. Imperator, victis Boemis, Sclavis, Polonis, Episcopos Metseburgensem, Madeburgensem, Misnensem, & paulo post Argentinensem, qui incursione Barbarorum evastati fuerant, auxit, & locupletavit, redditibusque suis denudavit, ædificia collapsa renovavit, & in primum dignitatis gradum pontificalem multis additis ornamentis restituit. *Cusp. A. D.*

SACERDOTIBUS.

Leyitis Israelitæ ex præcepto Domini, occupata terra sancta, XLVIII. oppida cum suis pomeriis assignantur ad habitandum, cum aliqui nullam illi hereditatem, præter Dominum, haberent. *Vide Josue c. 21.*

LUDOLPHUS II. Ræceburgen. Episc. ordinavit viginti marcarum perpetuos redditus: decem apud capitulum, & alias decem apud mensam Episcopalem (sequitur prædecessoris exemplum) pro Canonicis Ecclesiæ (seu in publico literarum studio sustententur). *Crantz. Metropol. l. 11. c. 50.*

MONIALIBUS.

ALFONSUS rex Neapolitanus erga virgines Deo iniatas liberalis fuit: pecunia temporis oblata, quam dotis nomine acciperent. *Pontan. de Libertate c. 16.*

MILITIBUS facris.

PHILIPPUS Deodatus Franc. Rex, Joanni Brenno Hierosolymorum regi exuli, & duobus magistris Templariorum, hospitalumque, sexagena millia aurorum ad sacri belli necessitates moriens legavit: silioque præcepta dedit rei Christianæ juvanda, sacrique belli gerendi, ac pacis domi colendæ. *Æmil. l. 6.*

FRIDERICUS II. Imp. legavit multa millia unciarum aurum militibus Templaris, Hierosolymitanis, & Hospitalariis S. Joan. veluti compensationem faciendi eorum fructum, quos debitos ex ipsorum beneficiis, in regno Neapolitano sitis, per bella nunquam potuerant percipere. Reliquit & aliam ingentem summam pecuniæ ad Terræ sanctæ recuperationem, pro illorum arbitrio impendendam. *Collenurius.*

QUÆ DONARIA facta,  
IN GENERE.

Ad construendum tabernaculum oraculare, quod Moyse Dominus in monte Sina indicarat, & ad reliquum cultum religionis, Israelitæ sponte sua contulerunt quæcumque habebant, aurum, argentum, æs, gemmas, vestes, operam denique suam, tanta alacritate, ut cum offerendi finis non esset, neque præfecti Moysen ad monere fuerint coacti, ediceret, Operum ultra aliquid conferret. Impensa autem sunt in sacrum opus auri oblata talenta 29. sicli sacri 730. Argenti ex censu civium redacta talenta centum, sicli sacri 1775. *Exod. 35. l. 38.*

Redemptæ de Babylone Judæi obtulerunt sponte secundaum viginti auri, ad extruendum Domini templum. *1. Esd. 2.*

Ante Gyren Lydia regem Pythium fuisse *ἀρχαγορον* & *ἄρχον*, id est, sine argento, & auro, scribit Athenæus, quæ hic obtulerit primus. *Call. l. 7. c. 11. A. L.*

Cum Amphiphycion templum Delphicum (quæ illud sua sponte deflagraverat) C. C. talentis construendum locasset; Delphi, quos quarta sumptus pars contingebat, circa civitates vagi, cum aliunde, tum verò non minimum ex Ægypto retulerunt. Nam Amasis rex Ægyptus, cis mille talenta aluminis: Græci autem, qui Ægyptum incolebant, vicinas minas donaverunt. *Herod. l. 2.*

AGESILAUS Delphos deportatus ad ludos Apollinares, festum Apollini celebravit, ac decimam partem de manibus Asianis, quæ C. talentorum erat, facerit. *Plut. in Vitis.*

CONSTANTINI Magni donaria variis data Ecclesiis, pete ex *Platina, & Sylvestro.*

CONSTANTINUS, Leonis Philosophi F. in processibus ad fama donaria quovis tempore obtulit magnifica. *Ced.*

CAROLUS MAGNUS victo Desidero rege Longobardorum, urbem ingressus, omnes basilicas inivit, ac muneribus quibusdam ornavit. *Platina.*

Idem de thesauro, quem Henricus Foro-Julianorum dux ei miserat, multis Ecclesiis, & Monasteriis dona obtulit. *Regino l. 2. Jacobi adem Calceianam inivens, prædiis amplissimis ditavit, & donariis instruxit. Sab. En. 3. l. 3. l. 4. Henr. Erford. s. 68.*

OFFA rex Merciorum, loco satisfactionis pro peccatis suis, decimam partem bonorum suorum sacerdotibus, & pauperibus distribuit. *Polyd. l. 4. hist. Anglicæ.*

IN SPECIE. DONARIORUM ALIA  
faciunt ad  
USUM, PUTA  
Regiones, Insule, Urbes, Agri, Prædia.

ARAUNA Jebusæ aream suam pro ara Domino ædificanda, cum bubus, Davidi gratias obtulit. David tamen accipere noluit. *2. Reg. 4. ult.*

NICIAS Atheniensis post sacra, & ludos prædium sacra- vit, quod X. millibus drachmarum comparaverat: cujus vestigal impenderent in solemne epulum Delii, multam felicitatem ab diis Nicia precantes. Id est enim incitum in pilam, quam pro domi custode reliquit in Delo. *Plut. in Nicia.*

REX CLONDOUEUS Franc. conversus, donavit ministerio Rheimensis Ecclesiæ tantum agri, quantum ipso à meridie somnum capiente, antistes Remigius interea pedes circumcundo conficere potuit. *Hincmarus.*

DAGOBERTUS rex, oppidum Aubiicum, cum omnibus suis redditibus, & facultatibus Argentinensi Ecclesiæ donavit, propterea quòd filius ejus Siebertus, infans XXX. dierum, baptizatus ab Amando Argentinensi Episcopo, cum ad orationem ejus de more nemo responderet, ipse expedito sermone Amen dixerat: & quòd idem Siebertus postea mortuus, ab Arbogasto ejusdem Ecclesiæ Episcopo à mortuis ad vitam revocatus fuerat. *Naucl. Volum. 2.*

LUITFRAND. rex Longobardorum, non solum quatuor civitates, sed insuper Sabinenfè patrimonium, & Narniam, & Anconam, & Cumanam, civitates, & vallem Sutrinæ agri, Pontifici Zachariæ dono dedit. *Blond. Dec. 1. l. 10. Crantz. in Dania l. 3. c. 35.* Et postea eum idem rex Ravennam obsedit, ab F. Eutychieo Exarcho rogatus Zachariæ, ad eum accessit: & effecit, ut cuncta, quæ de Emilia, aut Ravennatibus cepisset, sibi redderet, excepta Cefenatis oppidi parte. *Blond. ibid.*

Idem admonitus à Gregorio III. donationem patrimonii Alpium Codiærum, quam Hærebertus rex fecerat, & ille repetierat, denuò confirmavit. *Beda de Ratione temporum: & Paulus de gestis Longobardorum l. 6. c. 13. Adon. etate 6. Blond. Decad. l. 10.*

AISTULPH. Longobardorum rex, Romam obsidens, obsidionem veniente Pipino Franc. rege solvit, postulata scilicet Pentapoli, quæ est una pars Exarchatus, in qua sunt Ravenna, Cefena, Classis, Forum Populi, Forum Populi, & Emilianam alteram partem restituit; quæ habet Bononiam, Rhegium, Parmam, & Placentiam; & quicquid ad Adriam usque spectat. Desinitque per hæc Græcorum Exarchatus esse in Italia, anno, quam fuerat institutus, supra centesimum, quinto & septuagesimo. Quæ templata imperium Orientale labare manifestè cepit. Hæc loca omnia Pipinus Pontificis fidei permisit: sed post Carol. Magnus ejus filius, qui Longobardorum regnum evertit, Ecclesiæ donavit. *Regino libro 2. & Adon. etate 6.* Est ea regionis pars à posteris Romanodiola dicta, ex urbis Romæ nomine, cui fidissima olim fuit. Carolus certe nudiusquartus posteaquam hunc ingressus fuerat, quæ dono patris Pipinus Gregorio III. dederat, eadem ipse Adriano I. amplioribus privilegiis confirmavit, jurjurando interposito. Quæ quidem (ut Bibliothecarius refert) hæc sunt, quicquid in Liguria ab urbe Luca jampridem eversa usque ad Alpes Italiae fines pertinent, huic ditioni additur & Corsica insula, & quicquid Lucam, & Parmam interjacet. Additur & Forum Julii cum hexarchatu Ravennatum, cumque Beneventano, & Spoletino ducatu. *Platina.*

Idem Atoni Episcopo Juvavienti, ejusque successoribus subjecit omnem provinciam à Dravo flumine Anasium versus, unde Hunnos, & Avares ejecerat. *Adon. l. 4. Ann. Bojo. A. D.*

Idem Roman Franciam reversus, terram Saxonium inter Episcopos dividit, in singulis suos fines assignavit. *Cbron. Quædlimburgenfè.*

LUDOVICUS Pius Imp. ut Bibliothecariis, cum Paschali primo rescriberet, ne deinceps seditio ex re incerta oriretur, civitates Hætruræ imperio subjetas literis declaravit, Arehtium, Volaterras, Clusium, Florentiam à patre Carolo restitutam, & auctam, Pistorium, Lucam, Pisas, Perusiam, & urbem veterum, cætera vero Ecclesiæ Romanæ adscriptis. Addidit & Tuderum in Umbria, & ultra Apenninum Flaminiam, ac Ravennatibus hexarchatum. *Platina.*

MATHILDIS Comitissæ mater filii Beatrix, Henr. II. Imperatoris soror, quæ Bonifacio cuidam nuptis nobili, & distissimo proci, Luca Hætrusca, vel potius agro illius oriundo. Incertum tamen est, an ex hoc marito, an ex alio Beatrix Mathildem genuerit. Mathildis cum viro Godofredo Lucam in Hætruria, Parmam, Rhegium, & Mantuum in Longobardia possedit, & terram, quæ nunc S. Petri patrimonium appellatur. Bonifacio mortuo, Azonem Marchionem Estensem, qui prioris viri consanguineus fuerat, & sibi quarto gradu conjunctus erat, ignorans accepit maritum. Cum per aliquot menses illi concubisset, re cognita, Gregorii VII. Pontificis hortatu à consortio novi viri abstinit, & Pontificis

cis opibus, atque armis contra Henticum III. Imp. strenue A adjuvit. Hæc anno Clavii MCVII. Paschali Pontifice scden- de, senio confecta obiit, & S. Quirico agri Senensis usque ad Capetanum, quicquid in medio jacet inter Alpes, & mare, Romanæ Ecclesiæ dono dedit. Blond. Dec. 2. 14. Nauclet. Vol. 2. gen. 38. Aven. 1.6.

RODOLPHUS I. initio Imperii sui Ecclesiæ Rom. restituit Bononiam cum Romandiola, quam prædecessores ejus, præsertim Fridericus II. per Gibellinos sibi conciliarant. Crantz. 78. Metrop. 5. 39.

EDILDAH rex Australium Saxonum, totam insulam Vituli marini Villfrido Episcopo donavit: ubi in monasterium sibi extruxit, & omnes ejus loci homines baptizavit: inter quos CC. & L. fervi, ac ancilla fuere, quibus ipse libertatem donavit. Beda 1. 4. c. 13.

HENRICUS II. Imp. Bambergensibus my fuis pleraque prædia, vicos, sylvas, castella, arces, oppida Aultrix, Bojarix, Charionum, Styronum, Lyburnix, Noricorum, perpetuo donavit, quæ adhuc possident. Insuper Abudiacum, in- cunabula sua adiecit: patrimonium præterea suum dotemque Chunegundæ. Aven. 1. 4. D.

BERNARDUS comes de Saxonia, Beneficio, seu monachis Fuldensibus dimidiam partem suæ hæreditatis dedit de agris, mancipiis, ædificiis, & arcebus: ut patet ex epistola Abbatis Fuldensis comitem quandam.

Veſtigialia, Redditus, Fructus anni, Decima, Primitiæ, Alodia, Prædia.

ABEL filius Adam, primitias pecudum Deo obtulit, majori religionis studio, quam rei domesticæ cura. Cain e contra terzæ frugum non primitias, sed decimas dedit. Illius itaque munus acceptum, hujus verò repudiavit Dominus. Gen. 4.

TOBIAS Nephthalensis, cum ceteri sui populares vitulis aureis fervirent, ipse statim temportibus primitias, atque decimas Hierosolymam ferebat. Tobie 1.

INAS Occidentalem Saxonum rex, regnum suum Rom. Pontifici veſtigale fecit, singulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in singulas domos impositis. Fecit idem ejus exemplo ductus Oſa Mercuriorum rex, qui non multo post id tempus regnavit. Fuit is annus Salut. circiter DCCL. ut testatur Rannulfus 1. 5. c. 15. Polychronici. Hoc veſtigal, prout quidam scribunt, auxit post Ethelwolphus, seu Athulphus rex, qui totius ferè insule imperium obtinuit, & Romam voti causa profectus, a Leone IV. benigne acceptus, fecit Pontifici eam quoque insula partem, quam Egbertus pater ad regnum adjunxerat, veſtigalem: sancivique, ut qui ex suis possessionibus xxx. denariorum veſtigal in singulos annos caperent, aut plures domos haberent, proiis, quas habitarent, singuli singulos denarios quotannis Rom. pontifici, ad diem festum Apostolorum Petri, & Pauli, vel summum ad vincula Petri, solverent: quam legem quidam, licet Aſſ. Alredo ejus filio assignant, Anno DCCLVII. Nummifili argentei vocantur vulgo denarii S. Petri, quos exigit Pontificius Quaitor, sive Collector. Quo munere se perfunctum Polydorus Vergilius Urbina testatur, seque illius obeundi causa in Angliam venisse. 1. 4. c. 5. de Inventione.

ROHINGUS Antuerp. arcis Præfectus, donavit S. V. villibordo Episcopo Ecclesiam ibidem, & tertiam partem telonei anno 726. regnante Theoderico Rege anno 6.

Ecclesia Buxellens. in qua Lambert. Comes Lovaniensis Canonicos fundaverat, libertate donatur à Leiberto Cameracen. Episcopo, anno M. regnante Henrico XXII.

Longum fuit commemorare, munificentiam, & donationes, quibus Ecclesiæ Belgicæ varii Principes profecti fuerunt, paucas collectim dabimus, quarum instrumenta, & diplomata pridem peculiari codice vulgavit Au. Miræus.

GELBERGA Franciæ Regina donavit Anno 969. allodium Marfanense prope Trajectum ad Mosam, monasterio Rheimensi.

GERALD. II. Episcopus Cameracens. alodia aliquot hæreditario jure ad se pertinetia dedit Ecclesiæ Cameracensi Anno 1039.

BALDWINUS Securius Flandrix Comes, anno 1115. restituit Ecclesiæ B. Petri Insulensi allodium ei detractum.

HENRICUS II. Brabantix, & Lotharingæ Dux, locum S. Bernardi ad Schaldim contulit Abbati ibidem anno 1243.

CAROLUS Calvus Franc. Rex prædia Gandaven. S. Bavonis monasterio à Prædecessoribus attributa confirmavit Ann. 864.

CAROLUS Simplex Franc. R. varia prædia Marconensi Ab-

batizæ tributum anno 921. uti monasterio Blandiniensi Gandavi. Arnulfus I. cognomento Magnus, cui villam in Theslam nunc B. Desselberch, insignis vicus prope Gandavum; donavit anno 962. Vvicmannus, novi castri Gandensis Comes. Otho II. Imp. prædia varia, monasterio S. Bavonis Gandensib. ablata, liberaliter restituit. Anno 974.

THEODORICUS Metensis Episc. donavit monasterio S. Tuidonis Scutum ejusdem opidi: hoc est, ut verba diplomatæ sonant; potestatem ponere, & deponere illum, qui mareriam faceret, unde levarent cerevisiam (intelligo polentam) & de singulis cerevisiis sex picarios fuscipere, &c. actum anno 1060.

BALDUIN. Comes Alostanus, ejusque frater Ivanus, Anno 1125. Ecclesiam, & prædia varia assignavit in Gerembaldengem, monasterio Affliginensi in Brabantia.

GODEFRID. BULLONIO Marchio S. Imp. anno 1096. donavit Ecclesiæ S. Michaelis Antuerpiæ decimas varias: quas eisdem restituit Godefridus Barbarus Lotharin. Dux anno 1124. quo etiam petente, Henr. V. Imp. eidem Ecclesiæ attribuit decimas in Santulic, anno insequente.

VESCUS Niger, Polonorum princeps donavit Episcopo Cracoviensi jure sempiterno decimam de omnibus metallis, in cuiuscunque solo essent, intra ipsius diceſim. Com. 1. 10.

PRÆMISSUS Polonorum rex, Cracoviensi Episcopo vicemiam redditum de salinis Cracoviensibus jure sempiterno donavit. Cui donationi postea Venceslaus Bohemus alterum tantum adiecit, ita ut deinceps Episcopus non vicemiam, sed decima penderetur. Cromer. 1. 11.

STEPHAN. Hungariæ rex, devotio Cupa, qui regnum affeſabat, universum populum in provincia Cupa, decimas frugum, ac pecorum suorum cenobio S. Martini perpetuo dave jusſit. Næc. 1. 1. Gener. 34.

Ida Boloniensis Comitissa Godefredi Bullonii mater decimas Genapiæ dedit monasterio Affliginensi, Anno. 1096.

PRÆBENDA ECCLESIAE. PAROCHIAE, &c.

Baldric. Noviomensis, ac Toracensis Episc. parochiam Tiletanam incorporari permisit Canonicis Herlebecensis. Anno 1105. quomodo varias Parochias indultit monasterio Foillano Burcharius Cameracensis Episc. Anno 1125.

Præpositus, & Canonicus S. Michaelis Antuerpiæ, cessant liberaliter Norberto, & sociis ejus, Ecclesiam suam, cum domibus, & villis adjacentibus, atque ipsi se tranſulerunt ad Ecclesiam Marianam, ubi ædificata claustro, & templo majori, etiam hodie resident. Præfatis autem religiosis pro sustentatione necessaria, etiam donatum proventus quatuor Præbendarum, raro exemplo. Estat instrumentum donationis de ann. 1124.

Privilegia varia.

ETHELWOLPH. rex Angliæ cum Episcoporum suorum assensu Ecclesias, & monasteria in regno suo exemit à publicis oneribus. Gulielm. 1. 2. c. 7. Rannulfus 1. 5. c. 30. Polychron.

BOLESLAUS rex Polonia, hominibus Ecclesiasticis omnium onerum, laborum, & pensionum regi, & reipublicæ præstandarum immunitatem sempiterno jure concessit. Crom. 1. 3. de rebus Polonorum.

BOLESL. Pudicus rex Polonorum, Cracoviens. Episcopus, & Ecclesiam, eorumque adscriptitios, omni profus onere ferivit, atque pensionis duci debita, etiam tolli, liberavit: & ab omni suorum iudicium, & magistratum, suaque ipsius ius iurisdictione exemit. Episcopus duceſi jure in bonis suis esse jusſit, modo ut semel quotannis principem hospitio acciperet, subvectioneque ipse ut præberet, quando ei inveniret per Episcopalia prædia iter facere. Ad hæc fecit potestatem singulis prælatis, ut vocant, & Canonicis basilicæ Cracoviensis, senos ex nobilitate, aut duodenos ex plebe, quos vellent, ad expeditione bellica eximendi, ministerii sui causa interiorum verò Ecclesiarum collegiis dimidium ejus numeri. Item 1. 9.

Drago Terravensis Episcopus indulget Ecclesiæ Mefinensi anno 1065. eandem libertatem, quam Bertold. Episcopus Ambianensis Corbieni indultit anno 662. ut videlicet quæcunque ibi fuerint oblata, libere possident præfati loci Abbatis, extat diploma de anno 1065.

Godof. Barbarus Lotharin. Brabantiaque Dux, mortem S. Guiberti immunitate, ac privilegii honoravit. An. 1123.

Anno insequente 1124. Præpositus, & Canonicus S. Mariae Antuerpiæ, prius S. Michaelis, variis indultis, & privilegiis

gis decorarunt S. Notbertum Præmonstratensium Patriarcham diploma extat Tom. 12. Annal. apud Card. Baron.

Biennio antè Eustachium Comes Bononiensis Godefredi Bullonii Antwerp. Regis frater, tertiam Merkensem, quæ pertinet ad Abbatiam S. Bertini, ab omni exactione liberam declaravit.

Lotharius III. Imp. Jura, ac privilegia Ecclesiæ S. Servatii Trajectensis confirmavit Anno 1132.

Burchardus Episcopus Cameracensis Ecclesiam Antuerpiensem B. Mariæ libertate donavit Anno 1124. reservata annuæ recognitione, sive cathedralico nummi Byzantini successibus suis solvendo.

ALTARIA.

Leitardus Episcopus Cameracensis donavit Canonicis S. Gudulæ Bruxellæ altare in Meltruce Anno 1124. omni, in quod diploma, perforatum liberum, excepto reddito debito Ecclesiæ Cameracensi:

Animalia in usum sacrificiorum.

Conſule Tit. Magnificentia circa sacrificia.

Israelitarum tribuum Duces XII. in oraculis tabernaculi dedicationem obtulere Tauros XII. totidem arietes, agnos anniculos, & capros pro holocausto. At pro sacrificio salutis tauros XXIV. arietes, capros, & cagnos anniculos singulorum LX. Num. 7.

DAVID rex, cum Salomonem filium suum regem creasset, eumque populo commendasset, vitulos mille, totidem boves, cum mille arietibus holocaustum obtulit, multa quoque millia ovium populus immolavit. Joseph. 1. 7. Ant. c. 15.

SALOMON rex XI. anno regni templum exstructum Domino dedicavit immolavique pro salute, boum XXII. millia, & balantum CXX. millia. 3. Reg. 8.

JOSIAS Judæorum rex. in Paschatis celebratione restauranda populo largitus est XXX. pecudum millia, & boum tria millia. 2. Paral. 35.

ANTIOCHUS Magnus, Syriæ rex, cum Hierosolymarum urbem eo tempore oblideret, quo Tabernaculum festa celebrabantur, atque à populo Hierosolymitano rogatus esset, septem dies in iudicia ad ea sacra colenda dare: non solum postulata concessit, ac servavit, verum etiam ut non minus à se quam à Judæis religionem coli ostenderet, tantum auratis cornibus, ac multa aurea vasa cum thure, ad urbis portas sacerdotibus ferri jusſit: atque eos rogari, ut illa Deo offerrent. Joseph. 1. 12. c. 3.

XERXES rex, contra Græcos profectus, Pergami mille boves Minervæ illi immolavit: eorumque sanguine degustato, Magi herobius parentantur. Herod. 1. 7.

M. AGRIPPA, ab Herode rege, summo amico in urbem Hierosolymitanam perductus, occurrentibus populariter omnibus amictu, & cultu festivo, cum faustis acclamationibus Deo hecatombe immolata, populo copulam præbuit. Joseph. 1. 15. c. 2. Antig.

S. HENR. Imp. Baldrico Episc. Leodiensi, & Baldrico Comiti, dat bannum bestiarum in sylvis, quas possidebant Anno 1008. qui septemius Imperii Henrici.

Armatæ. Thuræ.

DATIS Medus à Dario contra Græcos missis, cum Delum D venisset, Delis omnibus peperit, & CCC. thuris libras supra aram adolevit. Herod. 1. 6.

ALEX. Magno in pueritia fine parsimonia thura ingerenti aris, prædæ quos Leonides diserat, ut illo modo cum devicisset thuriferas gentes, supplicaret. At ille Arabia potius thure onussum navem misit ei, exhortans, ut largæ deos adoraret. Plin. 1. 2. c. 14. & Plut. in Apoph. sic ad eum scripsisse testatur: Misisti talenta thuris, & casæ quingenta, ut desinas in deos esse malignus, certus eram nos odoriferam subjugasse.

EMPEDOCLES, ubi Olympia vicisset equis, quod animatis ex præscripto Pythagora abstineret, ex myrrha, thure, aromatibus aliis bovem concinnavit, quem ad pancegrin conventibus distribuit. Cel. 1. 19. c. 7. A. I.

Supellex sacra.

Israelitarum tribuum Duces XII. à Moysè instituti, in oraculis tabernaculi, & aræ inunctæ dedicatione sex vehicula tecta, & XII. boves obtulerunt, quibus Levitæ in sacris vendendis uterentur. Item scutellas argenteas XII. totidem

phialas, & lanceas aureas totidem. Vasa argentea 2400. selsi sacris pendebant: aurea C. XX. Num. 7.

Rex Cyrus protulit vasa templi Domini aurea, & argentea, quæ abſtulerat Nabuchodonosor, & remisit ea Hierosolymam ad quinque millia quadraginta.

JUSTINIAN. Imp. Hyparum, & Demetrium Episcopos Romanos cum muneribus milit, qui & Romanum Pontificem suo nomine salutarerent, & munera hæc B. Petri templo offerrent, scyphum aureum circumdatum gemmis librum sex, scyphos argenteos duos librum XI. calices argenteos duos librum XV. Platina, & Sab. 1. 2. Enn. 8.

Duas cruces aureas, discum, & calicem, & thuribulum, omnia aurea, possedit Sergii sacra sedes, liberalitate Cosrois regis Persarum. Evagrius 1. 6. c. 21.

JUSTINUS Imp. Romam misit patinam auream librum XX. cum hyacinthis: scyphum aureum gemmis circumdatum Platina.

CHILDEBERT. Franc. rex, calices pretiosissimos sexaginta, & quindecim patinas, & viginti calices Evangeliorum in auro cum gemmis ælatis, Ecclesiis divisit. Adon. in Chronico, & Greg. Turonensi 1. 3. Hist. c. 9.

MICHAEL Imper. Constantinopolitanus obtulit pretiosissimum stemma in sancto altari, in vasis aureis, & lapidibus venustis, & quadrangulis, velis antiquis ex auro, & purpura elarè contextis, atque admirabilibus sanctis imaginibus variatam. Paulus Diacon. 1. 24. ver. Rom.

BONIF. pontifex, cum fecisset oratorium in comiterio SS. martyrum Felicitatis, & Sylvani, ingentia donaria ex argento addidit, patinam, scyphum, calices, coronas, & similia, magno pondere. Liber Pontificalis, & Platina.

Tulit Celestinus in Templum Julix, quod ipse consecraverat, dona amplissima: inter, quæ recentur præter alia etiam canthari, & cerosstrata anea 24. magni ponderis, & argentea candelabra. Platina, & Sab. 1. 2.

CAR. MAG. Gallix, & Germanix sacras ades vas, vesſeque, ac supellectili pretiosa locupletavit: ac ne janitores quidem templorum profano cultu ornari siverit. Emil. 1. 2.

CAR. MAG. pannum ad altare Petri, de vestimentis suis aureis compositum, misit. Aimoinus 1. 5. c. 27.

ANASTASIUS III. PP. calicem magni ponderis Lateranensis Ecclesiæ dedit, teste Platina, viginti marcarum pondus, juxta Martini Chronico.

SIXTUS obtulit in dedicatione templi B. Mariæ majoris, præter alia, etiam thymiamaterium, fundos quoque, & ceruum argenteum, fundentem aquam in fontem baptisterii Platina.

AGNES, Henrici III. Imp. uxor, D. Benedicto Cassinensi obtulit aureas purpureasque vestes. Chronico. Cassinensi.

Nataliis Christi Salvatoris diebus, cum rex Anglorum Ricardus auro, gemmisque sacra ædem, quam in palatio habebat, pro more exornasset, Aquensis Episcopus Bonificii Pontificis legatus manè in ea sacrificium peregerit, dum is pontificis exueret vestes, ex ara ornamentis nihil moveri jusſit: apprehensoque postea humanè per manum legato cum ad aram accessisset, dixit: Equum non videri, ea die Pontificium legatum in aliena veste, ornamentisque sacrificasset: & propterea quæcunque tunc in ea ædes essent, ei dono se dare. Fulg. 1. 4. c. 8.

GISALA Henr. II. Rom. Imp. soror, & Hungarorum regis Stephani uxor, femina religiosissima, Vvesobrumum extruxit, singularique ibi templa lustravit. Quæ ad ceremonias, ritumque spectabant, magnificè simul, & munificentissimè largiebatur. Phrygionum vice fundis, vestes sacras suis manibus nebat, texebat, ac faciebat. Aven. 1. 5. Annal. Bojorum. A. D.

Libri.

Delata Romam Evangelia cum tabulis aureis, gemmis distinctis à Justino Imp. voti gratia. Platina.

AGNES Henrici III. Imp. uxor, D. Benedicto Cassinensi obtulit Evangeliorum codicem, cujus tabulæ argenteæ, auro erant obduta. Chron. Cassin. 1. 3. c. 30.

Pecunie.

ALEXANDRIDES Delphus deposuisse tradit Lyſandrum Delphis argentum talentum, minas duas, & quinquaginta, insuper lateras undecim. Plut. in Lyſandro.

EUDOCIA Theodosii conjux, Episcopalem domum Constantinopoli exornavit, & mille nummum annuatim attribuit. Niceph. 1. 14. c. 25. & 9.

MAURIC. Imp. xxx. libras auri Romam, distribuendas sacerdotibus, & egenis, misit. Greg. 1. 8. Iudicione 3. Epistola 1. Scden.

Secunde Bonifacio IX. Ludovicus rex Pannonie, Caroli A regis F. Romam ad annum Jubilaeum profectus, quatuor aurorum nullra ad D. Petri obtulit. Ravennas.

Latores.

CREBUS Halvatis mille aureos lateres dono misit Delphico Apollini, teste Zetse. Hist. 1. ut aurea tota ara ex iis strueretur. Herod. 1.1.

HONOREM. MEMORIAM. ANATHEMATA. Cujusmodi sunt

SACRÆ RELIQUIÆ.

Hic Liberalem donationem consideramus. Quæ superbiore dantur, ad Prodigalitate potius referri debent.

PULCHERIA Arcadii F. Virgini Deiparæ nobile templum edificavit Blachernis, in quo inclusas argenteo tabernaculo B pretiosas B. Mariæ vestes, quas à Palestina suis manibus tulerat, summa cum veneratione posuit. Cusp. A. D.

Hierosolymitanus Archiepiscopus dono misit Theodosio juniori reliquias dextræ manus Stephani primi martyris. Ea cum essent Chalcedonem perlata, ea ipsa nocte Pulcheria S. Stephanum vidit sibi dicentem: En impetrasti, quod precibus petebas, & ego Chalcedonem veni. Itaque ea, assumpto fratre, obviam sacris reliquiis istis profecta est, in Palatium illatis, magnificum templum B. Stephano condidit, inque eo reliquias deposuit. Cedrenus.

RECCAREDDUS Uvefignatorum rex, munera S. Petro misit, ac pro iis à Gregorio recepit crucem, in qua erat de ligno Domini, & de capillis Joannis Baptistæ. Greg. testis lib. 7. Indid. 2. Epist. 126.

Anno Sal. M. CC. XXXIX. spinea corona, & sacrosancta Christi passi monumenta, quæ Balduinus Constantinopolitani Imp. Venetis oppigneraverat, à C. Ludov. rege Francorum redempta sunt: qui apud sacrum Palatii sacellum, quod Lutetia erigebat, ea deposuit, & aservanda commisit. Chronic. Francorum. Vide plura in loco de Reliquiis Sacris. Imagines, Statua.

AGACLYTUS in XXX. Olympiade sic ait: Edes Junonis antiqua est, condita à Scyllantiis Eleorum colonis. In ea inest colossus aureus, Cypseli Corinthiorum tyranni donarium: qui voverat, si regno potum, opes omnes intra annos X. consecraturum: si ique decimis, exactis, colossum illum consecrasset. Sed Didymus à Perandro factum affirmat, ut luxum, & audaciam Corinthiorum reprimere. Fertur Epigramma de illo tale:

Iste ego aureus fabrefactus sum colossus:

Utinam intereat Cypselidarum familia. Suidas.

Maximum omnium æneorum signorum, quæ Olympiæ in Alti posita sunt: Jovis est colossus ab ipsis Eleis confecto Arcadico bello dedicatus, altitudinis pedum septem, & viginti. Paul. 1.1.

LYSANDER, victis ad Egos flumen Atheniensibus, & captis Athenis, Delphis statum suam aream, & cuiusque navarchorum suorum, delicias quoque aureas Tyndaridarum fratrum de manibus delcavit, quæ fuerant ante pugnam Leuctricam sublata. Plut. in Lysandro.

NICIAS Atheniensis post sacra, & ludos Delio Apollini factos, palmam æneam Apollini posuit. Palma illa à vento elisa, in Naxiorum excelsum statum incidit, atque eam dedit. Plut. in Nicia.

Romanorum omnino nullus neque plebejus, neque patricius ante L. Mummiū, quod ego sciam, in Græcorum templis donum ullum ponendum curavit. Primus Mummius de manibus Acheorum Jovem in Olympia æneum dedicavit ad lavam ejus, qui à Lacedæmonis dedicatus fuerat, proximè ad primam templi columnam. Paul. 1.1.

Idem capta Corintho plurima signa, tabulas, statuas secum Romam avexit, magis amicum causa, quam quod illis multum delectaretur. Quidam ædem Fortunæ dedicaturus, status Mummiū ornatus causa commodari sibi petiit, eas post restituiturus. Accipias dæ unâ cum fano dedicavit. Mummius de fraude querens, non se prohibere, respondit, quin dedicatas etiam auferat, videret modò, quam piè id faceret. Mummius religione tactus, liberalitate majore eas dæ reliquit, quam aliter obtrulerit. Strab. 1.8.

ADRIANUS Imp. Junonis templo in Eubæa pavonem ex auro, & lucidis, pretiosissimisque lapillis dicitur. N. Comes B Mythol. 1.2. c. 4.

CAR. MAG. victo Cajano Hunnorum rege, qui ex toto orbepolia congefserat, prædæ non minimam partem cœnobitis, & monasteriis liberaliter concessit. Hinc illæ divitiæ templi Moguntiacensis, ubi crux ex folido auro fuit, nomine Benna, pondere M. CC. marcarum: unde versiculus:

Auri sexcentas habet hæc crux aurea libras.

Fuerunt insuper illic duo calices auri, uterque gemmis pretiosissimis exornatus, minor XVIII. marcas, five IX. libras auri purissimi habebat, vini festarium capiens, Multa præterea alia vasa argentea. Verum hunc thesaurum primus imminuit Rodolphus Clobelouchus Episc. frater ducis Zeringensis, dum pallio redimendo querit pecuniam, & Benna crucifici alterum brachium abstulit. B. Rhenanus 1.2. rer. Germ. At Chronicon Saxonie Gulielmum Moguntinum, Othonis II. fratrem, ex tributo, quod Longobardi quatuor annis debebant Imperatori, crucem illam fecisse, eaque Paderbornense donasse templum scribit.

Otho III. Imp. Spiritus Ecclesiæ auream Christi crucifixi donavit imaginem, in qua simul ipfius Imperatoris viva expressa imago. Brunshius. Videatur locus de Columnis, Statuis, Doloribus, Honore, &c.

Naves.

SEOSTRIS rex, navem ex cedro fecit ducentorum octoginta cubitorum longitudine, deauratam exterius, interiori vero deargentatam, quam dono obtulit deo, qui maximè Thebis colitur. Diod. 1.1. c. 4.

Delphis in Brasidæ, & Acanthiorum thesauro tritemisacrata bicubitalis fuit ex auro, & chore facta, quam Cyrus se victoriæ causa gratulatoriam miserat. Plut. in Lysandro.

Sella.

MIDAS Gordii F. Phrygiæ rex, primus regiam sellam, in qua iura dicere solitus fuerat, Delphico Apollini dono misit. Herod. 1.1.

Vestes.

AURELIAN. Imp. pacato Orientis statu, Romam reversus est. Scribit Vopiscus inter cætera spolia, quæ & multa, & pretiosa sunt ab Aureliano templis desixa, fuisse purpureum pallium in templo Capitolini Jovis suspensum, divini, ut ejus verbo utar, coloris, qualem neque prius, neque postea Roma viderit. Imperatoris purpura nobilissimarumq; matronarum illi admodò cinctici videbatur coloris. Id munus Aurelianus à Persarum Rege post Palmyrenam victoriam dono accepisse feratur, ab interioribus Indis in Persidem missum. Fuit inde curæ ipsi principi, mox Probo, & Diocletiano, per nobilissimos infectoris artis opifices id genus purpuræ conficere. Sed neque ratio, neque materia inveni potuit. Sandys Indica cum rite curata esset, credita est eum colorem conficere. Sab. 1.7. Enn. 7. ex Vopisco.

PIPINUS Vazri ducis Aquitanorum chirothecas, unionibus, & pretiosis gemmis intertextas, in templo Dionysii ad crucem auream, quæ supra aram majorem erat, appendit. Gaguinus 1.2. de Francis.

Gemma. Monilia.

LIVIA AUGUSTA in Capitolio crystallallum librarum circiter L. dicitur. Plin. 1.37. c. 2.

HENRIC. Magnopolensis princeps moriens, in monasterio Dobran, in sepultura patrum suorum, se condi jussit, eique legavit monile, licitatum ad quadringentas argenti marcas: dextrarium quoque suum, centum argenti marcarum pretio æstimatum. Crantz. 1.3. Vand. c. 2.

Arma.

LUITPRAND. rex Longobardorum armillas, baltheum, & enses, ad aram maximam Petri dedicavit. Sab. En. 8. l. 7.

OTHO I. Imp. baculum pastoralium pretiosum de ligno hebeni, beato Petro, & Ecclesiæ Mindensi obtulit. Crantz. 1.3. Metrop. c. 33.

Vasa.

GYGES Dascyli F. qui Candaulæ obtruncato regnum Lydorum invasit, eò quod regnum ei confirmarat Pythia, præter auri, & argenti immensam vim, crateres aureos sex, pondò triginta talentorum, muneri loco obtulit. Locus, in quo reposita sunt, Gygas dicitur. Herod. 1.1.

GYGIS Lydorum regis abnepos Halvates, Sandysatus F. cum à morbo convalesceret, dedicavit Delphis grandem ex argento craterem: itemque alterum ex ferro parvulum, compædilem: inter omnia Delphorum donaria spectata dignissimum: opus Glauci Chii, qui primus omnium ferri compactionem excogitavit. Idem.

EVELTHON

EVELTHON rex Salaminis Cypriæ, Delphis dedicavit thesaurum aribulum spectatum dignum, quod est in thesauro Corinthio. Idem 1.4.

Samii è decima quæstus ex mercibus Tarchessiacis contracta, ahenum sex talentorum, instar crateris Argolici, Junonis templo obtulerunt. Idem.

CICERO poculum argenteum diis dedicans, initia nominum suorum litteris expressit, Ciceronis loco cicer insculpsit. Plut. in Apoph.

Menfa.

CAR. MAG. mensam auream, quæ forma quadrangula descriptionem Constantinopolis continebat, inter alia donaria Romam ad Basilicam S. Petri misit. Eginhard. in vita ejus, Coronæ.

Coronas ex cinnamo interaffili auro inclusas, primus omnium in templis Capitoli, atque Pacis dicitur Imp. Vespasian. Aug. Radix ejus magni ponderis videbatur in Palatii templo, quod fecerat D. Aug. Livia Augusta, aureæ patre imposta: ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incendio consumptum est. Plin. 1.12. c. 19.

CLAUDIUS Francorum rex, auream coronam gemmis ornata Petro Apostolo Romam misit, tempore Hormisdæ. Hincmarus in ejus vita, & Platina.

SOPHIA sorores, & Constantina uxor, Mauritio Imp. coronam fecerat, quondam. Eam ad se delatam ille in Ecclesia Deo obtulit. Cusp. A. D.

HORMISDA Pontifex, locavit antelatare Constantinæ basilicæ coronam argenteam librarum xx. cantharos argenteos sex. Platina, & Siebertus.

HENRIC. II. Imp. Cluniacum religionis causa profectus, coronam auream gemmis redimitam Deo in mysteriis sacris obtulit, fratribusque illic congregatis prædia quædam in Alfatia contulit. Cusp. A. D.

Catenæ.

C. CÆS. Agrippam Judæorum regem è carcere liberavit, & catenam paris ponderis illi ferreæ, quæ ligatus à Tiberio fuerat, dono dedit, quam ille in templo Hierosolymitano suspendit. Joseph. 1.19. c. 5. Antiq. 1.18. c. 8.

Trabes.

Ornavit templum B. Petri Theodericus rex Gothorum, trabe argentea M. & XL. librarum: cætrostratis argenteis duobus librarum LXX. Platina.

Egri.

HENRIC. II. Imp. Babenbergæ Episcopatum in honorem DD. Petri, & Pauli, ac martyris Georgii erexit, præditi dicitur. Instituit etiam, ac ut quorissimus albus equus phaleris adornatus Romano præfili, tanquam hujus sedis defensori, ab Episcopo mittretur. Cusp. A. D.

QUOMODO.

JESUS CHRISTUS in templo ad gazophylacium sedens, Viduam pauperem, quæ quadrantem immiserat, plus obtulisse dixit, quam divites, qui amplissima munera offerebant. Matthe. 23. Marci 12. Lucæ 21.

Pro decima prædæ parte, captis Veis, craterem aureum Delphos mittere Rom. decreverant. Quia verò auri Romæ copia decrat, magistratibus, unde compararent, consultantibus matronæ ultro cœtus ad eam deliberationem habitis, aurea ornamenta corpori suo dicata omnia, odo talentorum pondere accommodaverunt ad donum. Honos iis à senatu meritis est habitus, decreto ut in matronarum laudem oratio fugetris, ut feri viris foret ( neque enim laudari publicè feminam desuntam ante fuerat receptum ) haberetur. Plutar. in D. Camillo, & de non fenerando.

DE DONATIONE MERCARI.

Dicuntur donationibus velut mercaturam facere, qui dona offerunt Principibus, aut Sforacis, donant, ut majora consequantur. Quæ verutia dudus Zeuxis pictor excellens, factus arte fva opulenter, Pana Archelao Regi largitus est: Alcmænam vero Agrigentinis, à quibus sanè majora præmia accepit, quam si in auctoritate vendidisset. Dicebat subinde, se opera sua donare, quod idoneos emptores non inveniret.

Consule Tit. de Magnificentiâ. Muneribus, Liberalitate, Divitiis supra. S. Donum, Munus.

Dona Convivialia, sive dædipora. Quere titulum de Muneribus.

Dona sacra, quæ Eulogias appellabant veteres. Require fusc in loco Benedictionum.

Quere affectus corporis. Incurvitas, Gibbus. Vide corporis accidentia.

\* Dos.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

GENERA VARIA.

DOS, Græcè ἐπιμή. Et est donatio facta à patre mulieri, vel ab extraneo, vel facta à muliere ipsi viro pro oneribus matrimonii sustinendis, secundum Canonistas Gof. & Hot. in cap. Raynarius, de testam.

Dos non solum ea dicitur, quæ marito ab uxore datur, unde bona dotalia: sed etiam quicquid alicui datum est, vel à natura, vel ab hominibus: unde dotes animi dicimus, prudentiam, justitiam, cæteraque virtutes. Item dotes corporis, vires, pulchritudinem, bonam valetudinem, & alia hujusmodi.

Duo autem à Jureconsulis numerantur genera dotium: Profectitia, & Adventitia. Dicitur Profectitia, quæ à parentibus obvenit, ex bonis eorum: Adventitia, quæ aliunde adventit, ut si quis patri dederit certam pecuniæ summam, quam ipsæ filia nubenti reddat.

Hor. 3. Carm. 24.

Dos est magna parentum Virtus, & metuens alterius viri Certo fadere castitas. Et peccare nefas, aut pretium mori.

Plaut. Amph.

Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur, Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum Cupidinem, Deum metum, parentum amorem, & cognatorum concordiam, Tibi morigeram, atque ut munifica sim bonis, prohem probis. Idem Aulul.

Dummodo morata vestis veniat, dotata est satis. Bias per Aulon.

Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica.

DOTIS ACQUISITIO.

Refer huc ex tit. de Divitiis pleaque. S. Dos, & ex tit. Conjugii, S. Conjuges incapites. DOTIS CONTEMPTUS.

ALEX. Magnus contempnit Darii filiam, quamvis partem regni pro dote haberet, magnamque auri pondò; maluitque ducere Barynem Græcæ literas optime eruditam, sine dote ulla. Referret Patrii. 1.4. tit. 6. de Offic. Principi.

DOS VEITIA.

LYCURGUS instituit inter alia, ut uxores, sine dote ulla ducerentur: ut hac ratione viri virtutem conjugis ducendæ, non opes quærenter: mulieres quoque ad capefendas optimas artes magis animarentur.

EXEMPLA, & APOPTHEGMATA.

CHILON dicere solebat, uxorem humilem modico apparatu ducendam esse, ne pro conjugio dominam in domum accersas: fat enim dotata venit puella, quæ pudicitiam, & honestos mores secum adfert. Propterea hoc erat unum ex Lacedæmonis institutis, ut virgines sine dote nuptum irent. Laert. 1.4. c. 1.

LYCURGUS interrogatus cur lege cavisset, ut absque ulla dote virgines collocarentur? Ut, inquit, neque propter inopiam ulla relinquerentur innuptæ, neque ob divitiis expeterentur. Plut. in Lac. Apoph.

LYSANDER pulchras habebat filias, quarum nuptias cum quidam vivente adhuc Lysandro peterent, eo defuncto, filiarum nuptias reculant, iis Ephori dixere multam, eo quod quem divitem esse credentes coluerunt, eundem justum, ac probum ex paupertate agnitiū contempserunt. Hoc ut Apopthegma non est, ita salubre est exemplum severitatis, quod admonet, in conciliandis matrimoniis magis spectandam virtutem, quam censum, cosque perfidos, & inconstantes esse amicos, qui amicitiam commodo metuntur, ejus spe adempta protinus recedunt ab amicitia. Quin & illud nos admonet, honestius esse famam quam pecunia ditescere. Plut. in Lac.

Lacena quædam virgo pauperula rogata, quam sponso dote esset allatura (Pudicitiam, inquit, à majoribus traditam. Generosè professâ est, eam esse pulchre dotatam, quæ mores incorruptos adferret ad nuptias. Plut. in Apoph. Lacon. ANTIPATER Hieropolites cum ducturus esset Severi Cæsaris

faris filiam, forma parum felici: & familiarium quispam in-  
 A terrogaret, quando laurus esset *τῆ ἀνελκυστήρια* (sic ap-  
 pellabatur munera, quae sponsae amici deferbantur postea, ter-  
 tio die, quo sponsa debebat exhiberi spectanda) Hermocrates  
 lepidissime respondit, *ἔγκλησθη μὲν τὸν ἄνθρωπον ἡ δὴ βία,*  
 id est, Encalypteria potius, cum talem ducat, *ἐγκλησθη*,  
 id est, *ἐγκλησθη* teo. Quod deforme est, regi magis  
 oportet, quam regi. *Philosophus in Sophistis.*  
 M. ANTONII uxore Faustina male audiebat vulgò. Itaque  
 hortantibus amicis, ut eam repudiaret, si nollet occidere: u-  
 xorem, inquit, si dimittimus, reddamus, & dotem. Dotis  
 nomine signans imperium, quod ab fecero, volente Adria-  
 no, adoptatus acceperat. *Julius Capitolinus.*

Vide Nuptiae, Sponsa, Uxor.

\* Dubitatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Dubitatio, Graecè ἀπορία, & ἀπορία, dubito, dicitur.  
 Est autem dubitatio, iudicio deficiente acceptio utriusque  
 partis cum formidine, & ad neutram partem determinatio.  
 Dubium, Graecè ἀμφίβολον, & ἀμφίβηλον, dubito dicitur.  
 Est autem dubium motus indifferens in utramque partem  
 contradictionis. *Secund. Isid. l. Etymol.*  
 Dubium est aequalitatem rationum contrariarum, *Secund. Phi-  
 losophum*, unde voluit dici Dubium, quod quasi habet duas  
 vias, & incertum relinquit utram eligat, quomodo ambi-  
 guum est, quod in ambas partes potest agitari.

DUBITATIO UTILIS.

Rhodienses Lindiae Minervae sacrificantes, dies aliquot a-  
 pud aram deae convivia prorogabant, atque inibi perpetuò  
 manebant. Cumque illis mos non esset, matulam in sacrifi-  
 cium inferre, ac super haec de eum consulissent, atque ut  
 inferrent, respondisset: illi rursus ambigere ceperunt, utrum  
 aeream, an testaceam inferre deberent, ac demò super hoc  
 aduentibus oraculum indignatus deus, neutram respondit.  
 Refertur à Diogeniano. Inde Rhodiensium dicebatur oraculum,  
 ubi quis de re minuta nimium crebrò, nimiumque dili-  
 genter fecerit. *Erasm. in Adag.*

D. AUG. audito Mediolani D. Ambrosio veritatem Catho-  
 licae fidei docente, Academicorum more, dubitans de omni-  
 bus, atque inter omnia fluctans, Manichaeos relinquendos  
 esse decrevit, quibus jam nonnullos philosophos praepone-  
 bat, etsi illis, quòd sine nomine salutari Christi essent, cura-  
 tionem languoris animae suae committere recusaret, adeoque  
 statuit tamdiu esse Catechumenus in Catholica Ecclesia à  
 parentibus commendata, donec aliqui certi elucerent, quò  
 cursum dirigeret. Itaque cum matris ad se venientem indicasset,  
 non se quidem jam esse Manichaeum, sed neque Catholi-  
 cum Christianum: exiit læticia, cum audisset filium verita-  
 tem quidem nondum adeptum, sed falsitati tamen jam erep-  
 sum. *Tertius in epist. l. 6. Confess. c. 1.*

Dulia.

Vide ADORATIO.

\* Durities.

DEFINITIO.

Durities, Graecè σκληρότης, & σκληρός, durus dicitur.  
 Est autem durum, quod non cedit in seipsum secun-  
 dum superficiem. *Secund. Arist. l. 4. Meteor.*  
 Durum proprie est solidum, ac firmum, cuius contrarium  
 est molle. Per metaphoram autem durum aliquando pro aspe-  
 ro, & nocenti ponimus.  
 Sic Capharnaite dicebant, sermonem Christi, quo promitte-  
 bat se corpus verum daturum; esse durum, eò quod carnali mo-  
 do ejus verba intelligerent, de carne in propria specie, & habi-  
 tudine danda, & carnali more manducanda. *Joan. c. 6.*

\* DURITIES CORDIS.

QUID SIT?

Respondet Origenes, Cor Durum est, cum mens huma-  
 na velut cera frigore iniquitatis obstricta, signaculum imagi-  
 nis divinae non recipit.  
 Eleganter *S. Bern.* cordis duritiem describit *l. 1. de consider.*  
 Cor durum, inquit, est, quod nec compunctione scinditur,  
 nec pietate mollitur, nec movetur precibus, nec cedit minis,  
 quin etiam flagellis duratur magis. Cor durum, est ingratum

ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia severum, invere-  
 cundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad E  
 humana, temerarium ad divina, prateritorum obliviscens,  
 praesentium negligens, futurorum improvidum: ipsum enim  
 est, cui prateritorum, prater solas injurias, nihil omnino  
 non praterit, praesentium nihil non perit, futurorum nulla  
 est, nisi forte ad descendendum prospectio: & brevi cuncta  
 horribilis mali mala complectar: Cor durum est, quod nec  
 Deum timet, nec homines reveretur.

PROPRIETATES DURI CORDIS.

Proprietates illius sunt. Primò, Indurati corde, nolunt  
 intelligere, ut bene agant, oculos, & aures claudunt salutaribus  
 monitis, nolunt audire ea, quae sunt virtutis, & salutis.  
 Qui, ut ait *Job. c. 14.* dixerunt Deo, Recede à nobis, scientiam  
 viarum tuarum nolumus. Sic Pharao *Exod. 5. 2.* Quis  
 est, inquit, Dominus, ut audeam vocem ejus? nescio Domi-  
 num. *Hinc Job. c. 24.* ait, tales esse rebelles lumini.  
 Hinc Secundo, tales vicissim relinquit, proicit, & despicit  
 Deus. *Prov. 11.* Despexit omne consilium meum, & in-  
 crepationes meas neglexit: ego quoque in interitu vestri ride-  
 bo, & subsannabo.

Tertiò, tales, ut ait *Sap. Prov. 2.* Latantur, cum male  
 fecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum via sunt per-  
 versa, & infames gressus eorum, & cap. quasi per risum  
 stultus operatur scelus.

Quartò, indurati venerunt in profundum malorum, Denun-  
 que, & homines contemnunt. *Prov. 18.* Impius, inquit, cum is  
 in profundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequitur  
 eum ignominia, & opprobrium.

Quintò, peccatum eorum dicitur indelebile, & vulnus in-  
 sanabile, quia aegre, & vix remittitur. *Hinc Jer. 17.* Pecca-  
 tum Juda, inquit, scriptum est stylo ferreo in ungue ada-  
 mantino, c. 30. Insanabilis fractura tua.

Sextò, non pudet illos scelera etiam turpissimorum, sed,  
 ut ait *Jer. 2. 3.* Fronis mulieris meretricis facta est tibi, noluisse  
 erubescere.

Septimò, tales sunt penè incorrigibiles, unde de iis, ait  
*Sap. Eccl. 7.* Considera opera Dei, quod nemo possit corrige-  
 re quem ille despexit, & *Sap. 12.* Nequam est natio eorum,  
 & naturalis malitia ipsorum, & non poterit mutari cogitatio  
 eorum in perpetuum.

Octavò, tales percussì à Deo, non sentiunt. *Jer. 5.* Domine  
 percussisti eos, & non doluerunt, tales etiam non sentiunt sti-  
 mulos, & remorsus conscientiae, quia eam quasi extinxerunt.

Nonò, ob inveteratam, & roboratam peccandi consuetu-  
 dinem, est istis quasi impossibile bene agere, & non peccare.  
*Jer. 13.* Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus  
 varietates suas; & vos poteritis bene facere, cum didiceritis  
 malum. Et *S. Aug. l. 6. Confess.* Suspiraam, ait, ligatus non  
 ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat  
 inimicus, & inde funes mihi fecerat. Est perverfa enim vo-  
 luntate facta est consuetudo, & dum consuetudini non resi-  
 stitur, facta est necessitas: quibusdam annulis sibi met annexis  
 tenebat me strictè dura servitus.

Decimò, *S. Paul. Rom. 1. c. 2. ait,* tales thesaurizare sibi  
 iram, & traditos esse in reprobum sensum; & alibi vocat eos  
 filios perditionis, & diffidentiae, & vasa apta in interitum,  
 qui desperantes se tradiderunt in omnem operationem immunditiae.

Undecimò, isti peccata peccatis cumulant, & indices in H  
 pejus proficiunt, & ut dicitur *Apo. 22.* qui in fordibus sunt,  
 sordescunt adhuc. Tunc est consummata infelicitas, ait  
*Seneca in Prov.* ubi turpia non solum delectant, sed etiam  
 placent: & definit esse remedio locus, ubi quae fuerant vitia,  
 mores sunt. Talis fuit Cain. *Gen. 4. 18.* Fili Heli. *1. Reg. 2. c. 22.*  
*Saul. 1. Reg. 17. 18.* Sedecias. *2. Paral. 36. 13.* Judai. *Jer. 2. 20.*  
 Principes Sacerdotum. *Matt. 27. 4.*

INDURATORUM POENA, QUAE A DEO AFFICIUNTUR.

Imprimis in poenam peccatorum, quae admiserunt, permit-  
 tit Deus, eos sequi suas cupiditates, & libidines, nec ab illis  
 removet illarum illecebra, occasiones, & tentationes. *Psal. 80.*  
 Dimittite eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in  
 adinventionibus suis. Et *Paul. Rom. 1.* ait: Deum eos tradi-  
 disse in desideria cordis eorum. Hinc & *Psalm. 72.* dicitur:  
 Transierunt in affectum cordis; id est, quidquid corde affe-  
 derant, & concupierunt, hoc affectu sunt, omniaque ex  
 voto successerunt.

Secundò,

Secundò, datus Deus affluentiam rerum temporalium, &  
 A prosperos successus, quibus illi excaecati ruunt in omnia scelera,  
 tumque exitum. *Psal. 27.* prodit quasi ex adipe iniquitas eorum  
 & id est, ex corde adaptato, & pingui, ob abundantiam  
 rerum temporalium, iniquitas eorum processit.

Tertiò, aufert ab eis Deus tribulationes, quibus castigati pec-  
 catores, redeunt ad sanam mentem. *Psal. 72.* In labore homi-  
 num non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: aut si eos  
 flagellat, minor eis immitit, quam ut eorum durities flecti, aut  
 frangi possit, quò sit, ut ipsi flagellis Dei magis se obdurent.

Quartò, Deus veter sanctos orare pro talibus. *Jerem. 7.* Tu  
 noli orare pro populo hoc, & non obstitas mihi, quia non  
 exaudiam te, *Is. c. 1. 5.* Si steterint Moyses, & Samuel coram me,  
 non est anima mea ad populum istum, neque enim merebantur  
 exaudiri, propter scelera.

Quintò, amovet Deus ab eis bonos monitores, Confessarios,  
 Doctores, & Angelos sanctos, *Jer. 5.* Curavimus Babylonem,  
 & non est sanata: derelinquitur enim, quoniam pervenit  
 usque ad caelum iudicium ejus. Et *Paul. Ad. 13.* ad Judaeos:  
 Quoniam repentes illud verbum, & regnum Dei) cece con-  
 vertimur ad gentes. Sic enim praecipit verbi Dominus.

Sextò, aufert ab eis praedicationem nobis sui, qua animus il-  
 lumitur, pacitur, flectitur, excitatur ad poenitentiam. *Amos 8.*  
 Emitant fumentem in terram: non famem panis, neque sitim  
 aequae, sed auferent verbum Domini.

Septimò, Dei permisso tales incidunt in Adulatores, & ma-  
 los consiliarios, qui eos in mala, falsaque ruina impellant. Sic  
 Roboam stultorum juvenum consilium sequens magnam regni  
 partem perdidit. Sic Absalon neglexit utile consilium Achito-  
 phel, praetulitque consilium Chufai, quòd sibi fuit exitio.

Octavò, permittit Deus enafos falsos Doctores, & Prophe-  
 tas, qui suis signis, hypocritarum, blandiloquentia, induratos de-  
 ducant, ut fecerunt magi apud Pharaonem. Itaque faciet hoc  
 modo Antichristus. *Thess. 2. 12.*

Nonò, laxat Deus habenas diabolo, ampliores dans ei fa-  
 cultatem insidiandi, & nocendi talibus hominibus, quia ille ac-  
 cepta eos mire exagitat, & tentat, tum seducendo eorum men-  
 tes vanis, & falsis opinionibus, tum obediendo varia objecta  
 voluptatum, variisque illecebras vitiorum, tum etiam turban-  
 do phantasmata, & inflammando affectus, tum pseudoprophe-  
 tas mittendo, qui eos seducant, de qua re mira extat visio  
 Michae Prophetae. *3. Reg. 22. 28. 19.*

Decimò, aufert ab eis bona exempla, bonos praesides, &  
 principes, bonos socios, omniaque poene salutis subsidia, &  
 contraria eis obicere permittit, quae eos incitent ad omne malum,  
 quò sit, ut nusquam non offendant, & cadant. Quòd pulchra  
 similitudine vineae declarat *Is. c. 5. in Perarum.*

Denique obicitur voluntatis merces est obstatum, & per-  
 petuum gehennae incendium, audi *S. Bern. ep. 253.* ob hoc in-  
 flexibilibus, & obstitata mens malum punitur aeternaliter, licet  
 temporaliter perperatum, quia quòd breve fuit temporale, vel  
 opere, longum esse constat in permaci voluntate, ita ut si  
 nunquam moreretur, nunquam velle peccare desineret im-  
 mò semper vivere vellet, ut semper peccare possit.

¶ *Petiquadam poterunt huic argumento assinia ex tit. de  
 Oblinatione, Pertinacia, &c.*

\* Duellum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Duellum, quod *πορομαχία* Graecis; est pugna pauco-  
 rum, & si proprie sumas, ex pacto, & conditio duorum  
 tantum, quamvis latus usque pro pugna, quae à duabus par-  
 tibus pro victoria dimicatur, quae acceptione dicit *Horatius.*  
*Gracia Barbarica lento colissa duello.*  
 Sic Varro *l. 6. de lingua Latina,* omne bellum duellum vocat.

AN LICITUM. ET QUIBUS DE CAUSIS.

Plures esse causas Duelli, constat ex historis: non omnes  
 tamen sufficientes sunt, ut illud committatur absque Dei offen-  
 sa. Tunc vero licitum omnes affirmant, si iniuste invasus, aliter  
 mutilationem, autem mortem evadere non potest. Item, si  
 duo ad mortem à Iudice condemnati, ab eodem cogantur cer-  
 tare duello haec lege, ut victor vivat. Denique quando Prin-  
 ceps iuste bellum hosti potentiori inferens, duello rebus suis  
 consulere debet.  
 Ex aliis vero causis, puta ob ostentationem, defensionem  
 L. B. *Theat. vit. Human. Tom. II.*

honoris, tuitionem bonorum temporalium, vindictam, E  
 voluptatem, aut objecti criminis purgationem, quae olim ita  
 fuit usitata, ut constat pluribus exemplis, adductis in loco de  
 Divinatione, tit. de Monomachia; ut omni poene occasione ad-  
 hiberetur, vix sine mortali culpe reatu fieri potest. In quibus-  
 dam Religionibus militaribus statutum esse tradit Navarus, ut  
 nemo ad eas habilis censetur, qui provocatus abnuerit singu-  
 lare certamen. Sed impium tamen censet illud ipsum idem Na-  
 varrus. Quamvis ergo olim permissa fuit spontanea criminis  
 per duellum probatio, nihilominus Canones sacri non admittunt  
 illud Ciceronis dictum pro Ligario: nunc melior ea cau-  
 sa iudicanda est, quam etiam Diu adjuverunt, cum potius Deus  
 hac ratione tentetur, ac contingat frequentius succumbere in-  
 nocentem, ut constat *cap. Significantiis. De purgatione vul-  
 gari.* Ubi scribitur hic casus. Duos, quorum unus alterum  
 accusabat furti, inter se pugnasse duello, purgationis causa, &  
 iustiorum ecedisse, nam furtum apud victorem inventum fuit.

Merito igitur talis probatio, cum neque iure, neque lege  
 praecipitur, à iure, & legibus interdicta fuit. Vide decretales  
 variis in locis, & ad calcem hujus Tituli.

USUS APUD ETHNICOS. IN LUDICRIS.

Non modo in stris usitatum olim Duellum, sed & Ludicris  
 frequentatum fuit. Unde nomen Gladiatorum apud Romanos  
 celebre erat: inter quos Commodus Imp. quàm in curia, versa-  
 ri maluit. Recenter *Plat. in vita Alexandri,* ministros suos lu-  
 dicrum inter se commississe duellum, ac utroque ducentem legisse,  
 quorum hunc Alexandrum, illum Darium vocarunt. Primum  
 verò globis, mox lapidibus, denique submissis pertinaciter de-  
 certarunt. Quo audito, Alexander iussit duces ipsos duello  
 decertare, & ipse Alexandrum, Darium Philotas armavit.  
 Spectat ipse duellum, ejus exitum in omen scilicet eventus tra-  
 hens, vincitur Darius, victorque ille Alexander, pagos XII.  
 & amicum Persicum praemii loco accepit.

Similes conjecturae factae sunt à Narsete, ut scribit *Procopius,*  
 De Germanis simile Tacitus refert. *Vide s. sequenti.*

¶ *Consulatur tit. de Gladiatoribus, Ludis Saturnalibus, & similes.*

IN SERIIS.

¶ *Putat ob conjecturam eventus bellicis.*

Germani si quando bellum gerebant, unum aliquem hostem  
 interceptabant, captumque cum electo aliquo populiario,  
 patris quemque armis committente, victoriam hujus, vel il-  
 lius, pro conjectura, & augurio securura victoria accipientes.  
*Tacitus de morib. Germanor.*

Ita plures Reges, aut Principes, singulari praelio, ante vel  
 post pugnam decertarunt, ut constat ex pluribus exemplis  
 apud Homerum. Unde & à Virgilio duellum Aeneae, & Turni  
 desumptum autumant.

Apud Q. Curtium plura sunt, & praeter reliquis memorabile  
 duellum Erigii ducis Alexandri, & Satieberzanis transfuge,  
 qui galeis detractis concurrerunt.

AD OSTENTANDUM ROBUR.

PYRRUS Alexandri Princeps bellicofus, vulneratus in praelio  
 à Mamerinis, hostem magna corporis statuta, à quo fuerat H  
 provocatus, prostravit. *Q. Curtius.*

Simili felicitate Georgius Caffrotus, quem Scandabergetum  
 vocant, singulari certamine superavit Peribassam, à quo fetoci-  
 ter fuerat provocatus. *Bar. hist. de ejus gestis l. 5.*

¶ *Plura hic transferantur ex loco de Divinatione, Tit. de Monomachia allegato, APUD FIDELES.*

EX S. SCRIPTURA.

Mirabile duellum fuit inter David, & Goliath Gethuam  
 gigantem. David enim erat puer, & inermis, tamen in  
 Domino confidens gigantem Philistaeum, fortem, peritum,  
 & armatum vicit funda, & lapide in nomine Domini. *1. Reg. 17.*

EXEMPLE HISTORICA.

Anno Domini 624. dum Persae Rom. bello insequerentur,  
 in duello tum factò divina protectio adfuisse cognita est Hera-  
 clico